INSTITUTIONES CANONICAE AD USUM ACADEMIAE PISANAE...

Francesco Foggi

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

5 · 169

Digitized by Google

Digitized by Google

INSTITUTIONES
CANONICAE
AD USUM
ACADEMIAE PISANAE

EXCUDEBAT PISIS
SUPERIORIBUS ANNUENTIBUS
RAYNERIUS PROSPERI TYPOGR. ARCHIEP.
ANNO MDCCXCIII.

Digitized by Google

4.S.169

Digitized by Google

SACRÆ JURISPRUD. STUDIOSIS

FRANCISCUS FOGGI

ORDINARIUS IN PISANO ATHENÆO

JURIS CANONICI PROF.

S. P. D.

Ex quo Petri Leopoldi Magni Etruriæ Ducis ac deinde Romanorum Imperatoris beneficio Canonicas Institutiones in Academia Pisana docendi munus suscepi, pluries cogitavi, an Juris Canonici Elementa iam typis edita explicarem iis, qui hoc studium aggrederentur, potius quam ea quotannis conscribenda ipsis traderem. Nec sane dubitandum, quin tempus, quod scribendo teritur, ad

Digitized by Google

uberius explanandas regulas, quibus Tirones imbui solent, impendi possit. Verum eæ, quæ prostabant, ab aliis quamvis sapientissimis Jurisque nostri consultissimis Viris concinnatæ Institutiones Canonicæ satis opportunæ mihi haud videbantur, ut commode hanc adeuntibus Academiam exponerentur; meas autem tanti non faciebam, ut illas prelo dignas censerem. Quapropter eà tum temporis methodo mihi utendum esse putavi, ut generalia, quæque omnibus, qui Canonum scientiæ dant operam, prorsus necessaria sunt, Juris Sacri Principia & Theoremata quotidie dictarem iis, qui eadem excipientes calamo exscribere volebant; copiosiores autem, quas illis adieceram, Observationes studiosioribus

traderem, ut eas domi tranſcriberent. Poſtmodum tamen cum me ad Ordinariam Juris Canonici Cathedram Magni Etruriæ Ducis Ferdinandi III. optimi Principis providentiâ evectum utrique officio ſatis facere poſſe ſtatutum fuerit, quod antea quidem utile fortaſſe videri poterat, modo neceſſarium efficitur, ut typis editis Inſtitutionibus utar. Quod enim tunc mihi ſummatim compendioſâque oratione domi contrahendum fuerat, id in publicis Prælectionibus iiſdem Alumnis fuſius enucleare conabar, iique partim ſcribendo, partim audiendo ita Juris Canonici Primordiis inſtrui poterant, ut ad altiora deinceps ſacræ Themidis penetralia facili quodammodo paſſu progrederentur. Nunc autem cum

Digitized by Google

publicarum mearum Prælectionum tempus destinatum sit provectioribus erudiendis Canonicæ Disciplinæ Studiosis, quibus & conscribendos tradere, & explanare debeo constitutos ex antiquo Academiæ nostræ usu Tractatus ad varios Decretalium Titulos interpretandos, qui *Ordinarii* dicuntur; tantum temporis haud mihi superest, ut singulis annis Elementa Junioribus quotidie scribenda proferam, eâ qua decet ratione, ut probe illa intelligere possint, evolvam, aliisque præsto sim exercitationibus, quibus indigere solent imperitiores. Hac itaque necessitate coactus Institutiones has meas in vulgus prodire sino, ut eius, quod scribendo insumi deberet, temporis parsimonia fiat. Quoniam autem

Digitized by Google

inter Canonici Juris cultores, qui præteritis annis easdem Institutiones exscripsere, haud pauci Adnotationes etiam, quibus ipsæ illustrantur, expetiverunt; ideo nec ingratum vobis, studiosi Adolescentes, nec inutile futurum putavi, si has quoque publici iuris facerem. Ne tamen id, quod aliquibus utile, grave aliis, qui Juris Canonici rudimenta solum haurire cupiunt, videatur, satius duxi, nunc Textum Institutionum, quo pura ipsius Juris primordia continentur, nonnullis tantum eidem appositis citationibus, unico tenuique volumine seorsum edere; in posterum vero, adiuvante Deo, plures promulgare Dissertationes iuxta ipsarum Institutionum ordinem varios in tomos distributas,

Digitized by Google

quibus fusiori calamo Ecclesiasticæ Disciplinæ origines, vices, & mutationes exponere, præcipuas, quæ inter Doctores agitantur, nostri Juris quæstiones ad examen revocare, ac Leges Consuetudinesque in Etruria nostra vigentes, quibus vel Ecclesiasticæ Constitutiones confirmatæ, vel communi Canonum Juri derogatum, percensere constitui. Aequo igitur animo istiusmodi solicitudines curasque vestram in primis præ se ferentes utilitatem respicite, Juvenes, ausisque meis omni prorsus conatu, studio, ac benevolentia vestra quammaxime favete.

Digitized by Google

CANONICARUM INSTITUTIONUM PROLEGOMENA

Quemadmodum Civilis Romani Juris Institutiones definiuntur a Justiniano (1) *totius legitimæ Scientiæ prima Elementa*, quibus Romanarum Legum epitome, interiorque veluti ſuccus continetur; ita *Canonicæ Institutiones* ad Civilium ipsarum normam compoſitæ dici poſſunt *prima totius Scientiæ Canonum Elementa*, quibus contractâ brevique methodo traduntur ea, quæ uberius in universo Canonici Juris Syntagmate pertractantur.

In eo vero a Cæsareis Institu-

(1) *Proœm. Instit.* §. 4. *&c.*

Digitized by Google

tionibus præsertim differunt nostræ, quod cum illæ supremâ Principis auctoritate roboratæ fuerint (2), istis nullum adhuc a summa Ecclesiæ Potestate robur collatum sit, privatâque solum quorumdam Juris Canonici Peritorum operâ hucusque prodierint (3).

Quoniam ergo totius Canonici Juris compendium quoddam exhibere debent eæ, quas traditurí sumus, Institutiones, haud abs re videtur, cuiusnam indolis ac naturæ sit Canonum Jus, quibusque idem constet speciebus ac partibus, paucis exponere (4).

---

(2) *L.* 2. §. 11. & *L.* 3. §. 11. *Cod. De vet. Jur. enucl* §. 3. *&c. Inst. Proœm.*

(3) De variis Canonicarum Institutionum Scriptoribus videndi Jo. Douiatius *Prænot. Can. Lib. V. Cap.* 5. *& seqq.* & Lazar. Bened. Miglioruccius olim in Pisano Lyceo Juris Can. Professor in *Disquisit. Histor. de Auctoribus Canonicar. Instit.*

(4) Plura vero de his hauriri possunt ex prælaudatis Douiatii *Prænotionibus*, ex Franc. Florentis Dissertatione *De origine, arte, & auctoritate Juris Canonici*, & ex Bern. Van-Espen *Tractatu Historico-Canonico*.

Juris nomine hoc loco intelligimus quamcumque coacervationem Legum eiusdem generis, quibus utuntur homines, ut in quovis eorumdem statu quid ipsi agere vel omittere debeant, scire possint (5). Ac pro varia Legum ipsarum origine, indole, fine, ac materia *Naturale* vocatur Jus vel *Positivum*, *Sacrum* vel *Profanum* &c. (6)

Nobis autem de Jure tantummodo ad Religionem, sive ad *Ju-*

---

(5) Vid. Heinec. *Jur. nat. & Gent. Lib. I.* §. 9. & *Elem. Jur. Civ.* §. 33. De variis autem hujus vocabuli significationibus vid. Vicat *in vocab. Juris hoc verb.* & Schmier *Jurisp. Can. Civ. Tract. I. Cap.* 1. *Sect.* 1. *n.* 2 *&c.*

(6) De Juris natura generatim, origine, præcipuiſque divisionibus egit celeberrimus quondam institutor amicus & collega meus in Acad. Pisana Juris Publici Universalis Professor Jo. Maria Lampredius (quem paucis abhinc mensibus acerbo fato peremptum ii tantum non lugent, quibus nullius pretii est ingenium, doctrina, virtus) in *Proœm. Jur. Publ. Un.* §. 2. *& seqq.* Ac præter Vicat. *v. Jus*, vid. Rieger. *Jurispr. Eccles. P. II.* §. 32. & *Proleg.* §. 58. *&c.*

Digitized by Google

stiiam erga Deum pertinente (7), quod [illegible] *rum* dicitur, hic peragendum.

[illegible] Religionis quam Juris Sacri multiplex quidem forma, & dispar apud Gentes origo fuit. Sed ad speciale, de quo pertractare debemus, Jus Sacrum quod attinet, post veram a Christo Domino in terras delatam Religionem præter Naturale Jus, quod cunctos Ratione utentes primam supremamque Caussam cultu prosequi iubet, aliam quoque Juris Sacri speciem Religionis custodiendæ servandæque gratiâ Deus ipse constituit; eamque non naturali tantum internove lumine, sed externâ etiam Revelatione (8) hominibus demonstravit.

---

(7) Cicer. *in Partitionib. Orator*. Ac de a..is, quibus *Religionis* vocabulum donatur, sensibus vid. Leopold. Andr. Guadagnius olim in eadem Academia Pandectarum Antecessor, Magister & ipse meus desideratissimus, *Instit. Jur. Civ. Lib. II. Tit.* 1. §. 29. *n.* 1.

(8) De positivæ Revelationis Dei neces-

Jus itaque ad Christi Religionem pertinens primam ducit originem a Divini eiusdem Legumlatoris voluntate ac præceptis, quæ per constitutos ab eo Ministros manifestantur & declarantur; adeoque Jus nostrum Sacrum definiri potest Collectio regularum, quibus ab Ecclesiæ Doctoribus indicantur ea, quæ a Christianis credenda & agenda sunt, ut Christi Religionem servent, æternamque assequantur felicitatem. Istiusmodi autem Regulæ *Canones* proprio nomine dicuntur, earumque scientia est *Canonica* vel *Ecclesiastica Jurisprudentia* (9).

---

sitate disserit Riegerus *Instit. Jurispr. Eccl. Proleg.* §. 63. *&c.* ac de Christi Religione *P. I.* §. 1. *&c.* Vid. quoque Migliorucc. *Inst. Canon. Lib. I. Tit.* 2. *& ibi Expl.* atque Fleury *Discours prelimin. à l' Histoire Eccles.* & *Disc.* 2. *n.* 1.

(9) Vid. Rieger *Loc. cit. P. I.* §. 210. *&c.* & *P. II.* §. 84. *&c.* Edm. Martinus *Instit. Jur. Can. Lib. I. Tit.* 1. §. 2. Ac tam de Jure generatim, quam de Jure Canonico in specie agunt Gratianus *Dist.* 1. -- 20. *Dist.*

Digitized by Google

Finis obiectumve Canonum est Ecclesiæ, quam Christus instituit, felicitas & conservatio, quæ præsertim in eo consistit, ut Animarum salus, sive spirituale Bonum cum totius eiusdem Ecclesiæ corporis commune, tum privati cuiuscumque Fidelis proprium obtineatur (10). *Ecclesia* vero latiori sensu dicitur omnis Christiani Populi, qui per Christi Fidem, ac Morum ab eo præscriptorum observantiam iungitur, & Pontificis Maximi, Episcoporum, ac Sacerdotum ministerio doctrinâque regitur, consociatio (11).

---

29. & *Caus. I. q. 7. Can.* 6. *&c.* Gregorius IX. & Bonifacius VIII. in *Tit.* 2. *Lib. I. Decretal.* = *De Constitutionibus* =, & *Ibidem* Interpretes.

(10) Vid. *Præfat. ad Synagog. Canon.* quam Franc. Florens publici iuris fecit ad calcem dissert. *De orig. art. & auctor. Jur. Can. Can.* 1. *& seq. Dist.* 3. *Can.* 1. *D.* 4. Rieger *d. Part. I.* §. 6. 158. *&c.* 460. *&c.* Douiat. *Præn. Can. Lib. V. c.* 22. & Fleury *d. Disc. II. n.* 2. *&c.* & *Disc. III.*

(11) Alios huius vocabuli sensus expo-

Digitized by Google

Itaque in ea quidam ex Divina institutione ceteros in iis, quæ ad Christi Religionem pertinent, moderari debent, eosque docere Orthodoxæ Fidei, ac Disciplinæ Regulas, quæ nempe respiciunt actus & nostræ mentis, quibus credimus, & voluntatis, quibus operamur; alii vero doceri debent, ac regi (12). Unde oritur *Ecclesiastica Hierarchia*, quæ tàm ad *Ordinem*, sacrumve Ministerium, quàm ad *Jurisdictionem*, seu legitimum Ecclesiæ Regimen, referri solet (13).

Docendi regendique sunt Lai-

---

nit Vicat *v. Ecclesia*, & vid. Rieger. *d. P. I.* §. 3. *&c.* Atque Jamin *Pens. Theolog. ch.* 5.

(12) Matth. *Cap. X. Cap. XVI. v.* 17. *&c.* & *Cap. XXVIII. v.* 16. *&c.* S. Augustin. apud Gratianum in *Can. Quodcumque* 6. *XXIV. q.* 1. Petr. de Marca *Dissert. IX. ad calcem Oper. de Concord. Sacerd. & Imp. p.* 84. Bingham. *Orig. Eccl. Lib. I. c.* 5. Zaccaria *Dissert.* 1. *De Jur-Liturg. in Biblioth. Ritual. Tom. I.* & Zola *Comment. de Reb. Christ. &c. Lib. I. Cap.* 5. §. 1. *&c.*

(13) Rieger d. Part. I. §. 52. &c. & Devoti *Inst. Can. Lib. I. T.* 1. §. 4. *Tit.* 2. *& seq.*

Digitized by Google

ci, & qui spirituali quavis in Ecclesia potestate carent; Doctores autem atque Rectores, qui dici etiam possunt *Ecclesiæ Magistratus* (14), generales quidem habentur *Concilia Oecumenica*, & *Summus Pontifex*, Romanæ scilicet Sedis Antistes (15), & universalia totius Orbis Episcoporum Comitia ideo convocata, ut Præside visibili eodem Ecclesiæ Capite ea discutiantur ac decidantur, quæ ad Catholicam Fidem, Christicolarumque Disciplinam spectant (16): particulares vero Moderatores Doctoresque sunt

(14) Vid. Pelliccia *de Christ. Eccl. Polit. Lib. I. Sect. 2. c. 1.*

(15) De quo plura dicemus *Inf. Lib. I. Tit. 15.*

(16) De generalium Conciliorum convocatione, Præsidibus, auctoritate &c. vid. Ludov. Thomassin. *Dissert. III. XI. &c. in Conc.* Natal. Alexand. *Dissert. XI. &c. in Hist. Eccl. Sec. IV. & ib. not.* Jo. Dom. Mansi, *Schol. &c. Dissert. XXVII. & XXXVI. Ibid. Dissert. VII. XI. & XII. Secul. V.* ibique *not.* Mansi, & Roncagliæ; *Dissert. III. Secul. VI. Diss. I. Sec. VII. Diss. III. Sec. VIII.* & alibi; atque De

Digitized by Google

singuli in propria Diœcesi Episcopi, Metropolitani, ac ceteri Ecclesiasticâ Jurisdictione vel Potestate præditi Viri (17), non secus ac speciales quælibet Synodi, nempe *Nationales*, ac *Patriarchales*, quibus alicuius Regni, Nationis, vel Patriarchatus Episcopi a Patriarcha, vel Primate convocati adsunt (18); *Provinciales*, quæ unius Provinciæ a Metropolita coadunatis Episcopis constant (19); & *Epi-*

Marca *Conc. Sac. & Imp. Lib. V. Cap.* 3. *& seqq.*

(17) De quibus *Tit.* 11. *& seqq. Lib. I.* peragemus.

(18) Nationales Synodi olim *Diœcesanæ* vocabantur, vid. Petr. de Marca *Loc. cit. Lib. III. c.* 1. *& Lib. VI. c.* 16. *&c.* ac Thomassin. *De vet. & nov. Eccl. Discipl. P. I. Lib. I. c.* 3. *n* 12. *Cap.* 17. *&c. Cap.* 54. *n.* 12. *&c.*

(19) De conciliis Provincialibus vid. *Can.* 36. *Apost. in Tom. I. Collect. Concilior. Mansi p.* 35. *&c.* & *ibi not.* Sever. Binii, *Can.* 5. Concil. Nicæni I. *Can.* 20. Antiocheni an. 341. *Can.* 2. Constantinopolitani I. Oecum. *Can.* 19. Chalcedonensis *Ibid. Tom. II. p.* 670. *&* 1315. *&c. Tom.* III. *p.* 559. *Tom. VII. p.* 366. atque ut de aliis taceam, Concil.

scopales vel *Diœcesanæ*, quæ ab Episcopo cum Parochis, aliisque sacris cuiuscumque Diœceseos Ministris peraguntur (20).

Conciliorum statuta specialiori quodam modo *Canones* appellari solent; Pontificiæ vero constitutiones vel *Decreta* vocantur, cum Papa sponte seu motu proprio quidquam statuit, vel *Decretales Epistolæ*, cum scripto respondet Episcoporum aliorumve quæstionibus, vel *vivæ vocis Oracula*, cum verbo tantum respondet, vel tandem *Rescripta* seu *Mandata*, cum alicuius precibus motus aliquid iniungit conceditve, *Justitiæ* quidem si de litibus rebusve contentiosis, *Gratiæ* vero si de voluntariis aut beneficiis agatur (21).

Tridentinum *Sess. XXIV. Cap.* 2. *de ref.* Petr. de Marca *d. Lib. VI. c.* 13. *&c.* & Van-Espen *Jur. Eccl. Univ. P.* I. *Tit.* 20.

(20) Van-Espen *d. P.* I. *Tit.* 18. & Benedict. XIV. *De Syn. Diœces.*

(21) Videndi Fagnanus, Anacletus, Engelius, aliique Interpretes ad *Tit.* 2. *& seqq.*

Sacrum positivum Jus, de quo agimus, dividitur in *Divinum*, quod ab ipso Deo traditum fuit, atque *Humanum*, quod ab Ecclesiæ Rectoribus legitimâ potestate præditis est constitutum; in *Publicum*, quod ad communem Ecclesiæ statum, ac *Privatum*, quod ad singula eiusdem Societatis Christianæ membra refertur; in *Generale* quod omnes per Orbem diffusos Christi fideles obligat, & *Speciale*, quod certos personarum, aut locorum limites non excedit; atque aliis omissis minus utilibus divisionibus (22),

---

Lib. I. *Decretal, De Constitutionibus*, *De Rescriptis &c.* Schmier *Jur. Can. Civ. Lib. I. Tract. I. c.* 5. *&* 8. Cabassut. *Jur. Can. Theor. & Prax. Lib. I. Cap.* 6. Douiat *Præn. Can. Lib. II. c.* 21. *&c.* & Rieger *d. P. II.* §. 93. *&c.*

(22) De his Juris nostri speciebus ac divisionibus adeundi Schmier *Jurispr. Can. Civ Tract. Praamb. Cap.* 1. *Sect.* 2. *& Lib. I. Tr. I. c.* 1. §. 3. Douiat *Præn. Can. Lib. I. Cap.* 1. *&* 4. Anaclet. *in Proœm. ad Jus Canon. Univ.* §. 2. *&c.* Miglioruce. *Inst. Can. Lib. I. Tit.* 1. aliique huiusmodi Scriptores.

Digitized by Google

in *scriptum* & *non scriptum*: illud statim ac conditum fuit scriptis est demandatum; hoc autem vel ore tantum ab antiquioribus ad posteros transmissum *Traditio* dicitur, quæ ut obliget, certa esse debet, verax, continuâ successione ab Apostolis, aut a vetustis Patribus ad nos usque prolata, & unanimi Ecclesiæ auctoritate fulta (23); vel Populi Christiani usu introductum dicitur *Consuetudo*, quæ ut vim legis obtineat, rationabilis sit oportet, nec non frequenti liberâ diuturnâ & communi eorumdem actuum repetitione, ac saltem tacito Legumlatoris consensu probata: & *secundum Legem* dicitur, si

(23) De traditionis necessitate in Ecclesia contra hæreticos agit Natal. Alexander *Dissert. XII. in Hist. Eccl. Sec. I. Dissert. XVI. in Sec.* II. & ad eas vid. *not.* Jo. Dom. Mansi, Rieger *P. I.* §. 217. *&c.* 280. *&c.* Fleury *Disc. II. à l' Hist. Eccl. n.* 10. *& Disc. V. n.* 13. Zaccaria *Bibliotb. Ritual. Tom. I. Dissert.* 1. *p.* 14. *&c.* „ Lettere sopra il Decreto del Conc. di Trento appartenente alle sacre Tradizioni &c. „

Digitized by Google

Juri præconſtituto conſona ſit, illudque dubium interpretetur, aut *contra Legem*, ſi eidem ſit Juri contraria, aut *præter Legem*, ſi novos inducat actus ab Jure Scripto nec imperatos nec vetitos (24).

Quoad *Jus ſcriptum* vero, poſt Evangelia, & ſacræ Scripturæ libros, qui *Canonici* vocantur (25),

---

(24) De conſuetudine videndi Gratianus *Tot. Diſt. XI.* & *Can. 3. & ſeqq. Diſt. XII.* Interpretes ad *Tit. 4. Lib. I. Decretal.* & Rieger *d. P. II. §. 115. &c.*

(25) De Libris Canonicis agunt *Can. 59. & ſeq.* Concilii Laodiceni in *Tom. II. Collect. Concilior. Manſi p. 573. &c. Can. 36.* Hipponenſis an. 393. vel *Can. 47.* Carthaginenſis III. an. 397. ut refertur in Codice Africano *n. 24. Tom. III. d. Collect. p. 725. 891. & 924.* vel potius *Can. 24.* Carthagin. an. 419. ut notat Eſpenius *in Tract. Hiſt. Can. P. II. c. 3. §. 4. n. 24.* S. Innocentius I. Papa *in Epiſt. ad Exuperium c. 7.* ubi vid. Jacobi Sirmondi *not. in d. Tom. III. pag. 1040. &c.* 1045. S. Athanaſius Alexandr. Epiſcopus *Epiſt. 39. in Append. d. Tom.* III. *p. 1177. &c.* Synodus Romana ann. 494. in *d. Collect. Tom. VIII. p. 145. &c.* ubi vid. Jo. Dom. Manſi, Severini Binii, Ant. Pagii &c. *not.* aliique veteres Canones & Doctores apud Tillemontium *Memoires*

Digitized by Google

cum *Canones Apostolicos*, & *Constitutiones* Clementi I. Romano Pontifici tributas apocrypha monumenta esse, idest non ab illis, quibus adscripta sunt, sed incerto tempore ab incertis Auctoribus exarata, eruditiores Canonici Juris Periti non immerito existiment (26),

---

pour servir à l' Hist. Eccl. Tom. VI. p. 676. *Tom. X. p.* 642. *Tom. XII. p.* 315. *Tom. XIII. p.* 182. *&* 973. Concil. Tridentin. *Sess. IV.* Vinc. Domin. Fassinius quondam in hac Pisana Academia Sacræ Scripturæ atq. Hist. Eccles. Professor *De Apostolica Origine Evangelior.* Marchinius *De Divin. & Can. Sacr. Libr. &c.*

(26) Videndi Van-Eſpen in *d. Tract. Hiſt. Can. P. III. c.* 3. §. 2. *&c.* Douiat *Præn. Can. Lib. III. c.* 2. Tillemont *Loc. cit. ubi de S. Clemente I. agit. art.* 7. Rieger *Jur. Eccl. P. II. Prol.* §. 12. *&c.* Jo Phil. Baraterius *in Append. Disquisit. de successione Episcopor. &c. Dissert.* 1. *&* 2. Natal. Alexander *Dissert.* 18. *&c. in Hist. Eccl. Sec. I.* & *Dissert.* 3. *in Sec. VII. n.* 6. ubi loquitur de *Can.* 2. Trullanæ Synodi, & Zola Comment. *de Reb. Christ. &c. Lib. I. Cap.* 5. §. 17. *&c.* ubi de Libris quoque *Recognitionum*, de *Liturgia*, de *Epistolis &c.* cum ipsi Clementi I. tum aliis vetustissimis Romanis Pontificibus attributis fuse agit. Istiusmodi vero *Canones Apostol. Constitutiones &c.* invenire li-

Digitized by Google

inter authenticas Canonum Collectiones ceteris antiquior communiter censetur illa, quæ Theodosio M. Imperante prodiit. Ea septem constabat Synodorum decretis, duarum nempe generalium Nicænæ I. & Constantinopolitanæ I. ac quinque particularium, Ancyranæ scilicet, Neocæsariensis, Gangrensis, Antiochenæ, & Laodicenæ; aliis autem Conciliorum Canonibus, veluti Ephesinis, Chalcedonensibus &c. deinde aucta *Codex Canonum Ecclesiæ universæ* a nonnullis dicta fuit (27).

Fere simili Canonum collectione utebantur Romana, & ceteræ

---

cet in præcitata *Mansiana Conciliorum Collect. Tom. I. p.* 30. *&c. p.* 254. *&c.*

(27) De vetustissimo Græcorum Codice, eiusque titulo, non secus ac de aliis Canonum Collectionibus eruditissime agunt P. Coustant in *Præfat. ad Epist. Romanor. Pontificum P. II.* Van-Espen *d. Tract. Hist. Can. Part. II. &c.* Natal. Alexander in *Append. ad Dissert.* 21. *Secul. I.* Douiat. *Præn. Can. Lib. III. &c.* & Petrus de Marca *Conc. Sacerd. & Imp. Lib. III. c.* 2. *&c.*

Digitized by Google

Occidentis Eccleſiæ ante Dionyſium Exiguum, qui ſeculo ineunte ſexto novum Canonicum Syntagma conficiens Canonibus in primo vetuſtiſſimo illo Codice contentis Sardicenſes adiecit, Africanos, eos, qui Apoſtolici dicuntur &c. Inſuperque nonnullas Romanorum Pontificum Epiſtolas a Siricio ad Hormiſdam usque, nempe ab anno CCCLXXXV. ad DXXIII. pertingentes (28).

Poſt Dionyſianam, & eas, de quibus egimus, Canonum Collectiones, plures aliæ tam in Oriente, quam in Occidente prodiere. Inter Orientales quidem recenſentur *Synagoge Canonum* Theodoreti Epiſcopi Cyrrhi; *Nomocanones* cum Joan-

(28) Plures Dionyſianæ Collectionis *Præfationes* referuntur in Prælaud. *Concil. Collect. Manſi Tom. I. p. 1. &c.* Pontificias autem Epiſtolas, quæ in eadem Collectione continentur et alibi, recenſet Douiatius *Loc. cit. Lib. II. c. 28. & ſeqq.* easque referunt una cum aliis Couſtantius, & Manſius in præcitatis ampliſſimis Collectionibus.

Digitized by Google

nis Scholaſtici, tum Photii, & Arſenii Conſtantinopoleos Patriarcharum; *Epitomes* Symeonis Logothetæ, ac Conſtantini Harmenopuli; Michaelis Pſelli, & Alexii Ariſtini *Synopſes*; Matthæi Blaſtaris *Syntagma*; *Pœnitentiales Canones* Baſilii Magni, Gregorii Thaumaturgi, Athanaſii Alexandrini, aliorumque ſanctorum veterum Patrum; & eiuſmodi aliæ Græcorum Collectiones: quibus adiiciendæ nonnullorum Interpretum *Gloſſæ*, veluti Joannis Zonaræ, Theodori Balſamonis &c.

Inter Occidentales autem enumerantur *Breviatio* Fulgentii Ferrandi Carthaginenſis Diaconi (29), Martini Braccarenſis Epiſcopi *Collectio Canonum Orientalium* (30);

(29) Eam retulit Manſius in d. *Collect. Concil. Tom. VI. p. 465. &c.* & vid. obſervationes Tillemontii *Memoir. pour l' Hiſt. Eccl.* „ *S. Auguſtin* „ *art.* 74. *Tom. XIII. p.* 184. *&c.*

(30) De qua vid. Natal. Alex. *Synopſ. Hiſt. Eccl. Sec. VI. c.* 4. *a.* 10. De errori-

Digitized by Google

Cresconii Episcopi Africani *Breviarium Canonicum*, & *Concordia* vel *Liber Canonum;* Collectiones, quæ tribuuntur tam Isidoro Episcopo Hispalensi (31), quam alteri cuidam Isidoro, cui *Peccatoris* vel *Mercatoris* nomen, & cuius merces non mediocri apud eruditos nostri Juris Interpretes falsitatis suspicione laborant (32); quæ dicuntur Adriani Papæ I. *Capitula* ad Ingilramnum Metensem Episcopum in-

bus autem, in quos eiusdem Martini occasione incidit Gratianus, agit Ant. Augustinus *De Emend. Gratiani Lib.* I. *Dial.* 10. *& seqq.*

(31) De his vid. Petr. de Marca in *Dissert. De Primatu Lugdunensi n. 7. &c.* et P. Coustant in *cit. Praef.* P. II. §. 9. *n.* 146. *&c.*

(32) In *Mansiana Concilior. Collect. Tom.* I. *p. 6. &c.* refertur eiusdem Operis *Praefatio*, *Ordo celebrandi Concilii* ab Isidoro desumptus ex Conc. Toletano IV. et quædam *Exhortatio ad Principem* ex Cod. Alveldensi; ac de auctoritate Epistolarum Clementis I. aliorumque veterum Pontificum, quæ citantur ab Isidoro Mercatore, disserunt Sever. Binius, Phil. Labbeus, et alii *ibid. p.* 84. *&c.* ac P. Coustant *L. C. n.* 153. *&c.* Vid. quoque de Marca Conc. Sac. et Imp. *Lib.* III. *c.* 5. *et L.* VII. *c.* 20. ac Fleury *Disc. IV. à l' Hist. Eccles.*

Digitized by Google

scripta ; Reginonis Abbatis Prumiensis *Collectio ; Decretorum volumina*, sive (ut postea dicta fuere) *Decreta* Burchardi Wormatiensis Episcopi, & Ivonis Carnotensis, cui Pannormia quoque, vel (ut aliis placet) *Pannomia* adscribitur; Gregorii Hispani Presbyteri *Polycarpos;* aliæque Canonum coacervationes ab aliis minoris notæ Scriptoribus exaratæ, veluti ab Anselmo Lucensi Episcopo, ab Hildeberto Cenomanensi, a Cardinali Deus dedit &c. quibus addi possunt Codices, quos Antonius Augustinus *Tarraconensem*, & *Cæsaraugustanum* appellat (33); Regum Francorum *Capitularia*, nempe Constitutiones, Carolo Magno, eiusque successoribus Imperantibus, in Gallicanorum Procerum, Episcoporum, & Abbatum consessibus Re-

(33) Vid. Steph. Baluzii *not. ad Dialog.* 2. *et* 4. *Lib.* I. præcit. Operis *de Emendat. Gratiani Edit. Paris. an.* 1760. *Tom.* II. *p.* 426. *&c.*

giâ auctoritate latæ, vel ex Conconciliis excerptæ; *Libri Canonum Pœnitentialium* Theodori Archiepiscopi Cantuariensis, Bedæ, Halitgarii Episcopi Cameracensis (34); & ne in infinitum pene progrediar, *Capitula*, vel Synodalia quorumdam Episcoporum Statuta simul collecta, velut Hincmari Archiepiscopi Rhemensis, Theodulphi Aurelianensis, aliorumque (35).

Iis, quos hactenus recensuimus, aliisque veterum Patrum, & cum Sacrorum tum Civilium Legumlatorum Codicibus, medio circiter XII. seculo, usus est Gratianus in nova perficienda Canonum Collectione, qua & hodie veluti prima *Corporis*, ut aiunt, Juris Canonici Parte utimur (36). Eam non

---

(34) De quibus vid. Zaccaria in *Append. 2. ad Tom. I. Biblioth. Ritual.*

(35) Vid. Natal. Alexand. *Hist. Eccl. Sec. IX. &c. Cap. 3. Art 5. 22. &c.* et Jo. Dom. Mansi *not. post Art. 39. Ibid.*

(36) De Gratiano, eiusque Opere præter Auctores supra citatos, qui de Canonum Col-

Digitized by Google

ut ceteri Collectores, qui Canones tantum vel eorum compendia retulerant, sed scholasticâ, quæ tum temporis maxime vigebat, methodo digessit Gratianus; pluribus nempe, quæ invicem pugnare videbantur, propositis Constitutionibus, in utramque partem disputavit, sententiasque illas simul conciliare conatus est, unde *Concordia discordantium Canonum* istiusmodi opus inscriptum, licet quoque *Corporis Decretorum*, vel simplex *Decreti* nomen brevitatis caussâ illi tributum fuerit. In tres autem Partes ea Collectio dividitur, quarum prima continet centum & unam *Distinctiones*, & harum quælibet plures *Canones*, quibus de genera-

---

lectionibus generatim agunt, videndi Ant. Augustinus in *Dialog. de Emendat. Gratiani* cum *not.* Steph. Baluzii, Van-Espen in *Brevi Comment. ad Decretum Gratian. Oper.* P. V. Sarti *De claris Archigymnasii Bononiensis Professorib. Tom.* I. *p.* 247. *&c.* 259. *&c.* et Tiraboschi *Stor. della Letteratur. Ital. Tom.* III. *Lib.* IV. *Cap.* 6. *n.* 33. *&c.*

Digitized by Google

libus Juris Canonici Principiis, ac de Personis præsertim ad Ecclesiam pertinentibus agitur; secunda in triginta sex *Caussas* distribuitur, quarum unaquæque in plures discreta *quæstiones* variis etiam *Canonibus* constat, & circa Judicia & negotia Ecclesiastica versatur; tertia demum de rebus sacris potissimum agit, & quinque complectitur *Distinctiones*.

Alteram eiusdem *Corporis* Partem constituunt *Decretales* Gregorii IX. qui anno MCCXXX. Decessorum suorum Epistolas nimia vel similitudine, vel contrarietate, vel prolixitate, vel confusione laborantes (37) in compendium redigere, propriisque auctas Constitutionibus aptius componere agressus est operâ usus Raimundi a Pennaforti Prædicatorum Familiæ adscripti, & eiusdem Pontificis Capella-

(37) Ut ipse testatur Gregorius in *Præfat. Decretal.*

Digitized by Google

ni ac Pœnitentiarii (38), qui brevitati studens in iis ordinandis quod sibi minus utile visum resecuit, ac Decretales in quinque *Libros* distribuit, quorum quilibet pluribus constat *Titulis*, Tituli vero *Capitibus*; & rerum, de quibus in iis pertractatur, ordinem præbet vulgatus iste versiculus: *Judex*, *Judicium*, *Clerus*, *Sponsalia*, *crimen* (39).

Non dissimili quidem ratione tertia Pars Juris Communis Pontificii coaluit, quæ *Liber Sextus Bonifacii VIII.* dicitur, quasi quædam sit quinque Librorum Gregorii IX. continuatio, quamvis & *Sextus* ipse in quinque Libros divisus fuerit, quibus anno circiter MCCXCVII. Bonifacius suas & quorumdam præ-

---

(38) De quo vid. prælaud. Opus *de Clar. Archigymn. Bonon. Profess. Tom. I. p.* 331. *&c.*

(39) Gregorii IX. Decretales publicam in Ecclesia obtinuisse vim ac firmitatem, ex earumdem promulgatione, ac Pontificia iis præposita *Constitutione* patet: quod de Gratiani Collectione dici non potest.

Digitized by Google

cedentium Pontificum Epiſtolas, nec non Lugdunenſium Generalium Conciliorum I. & II. Decreta per Guilelmum Archiepiſcopum Ebrodunenſem, Berengarium Epiſcopum Biterrenſem, & Riccardum de Senis Eccleſiæ Romanæ Vice Cancellarium collegit (40).

Quartam Corporis Canonici Partem efficiunt *Clementinæ*, Conſtitutiones nempe, quas Clemens Papa V. partim in Viennenſi Generali Synodo, partim per ſe ipſum confecit (41); quintam *Joannis XXII. Extravagantes*; ac ſextam demum *Extravagantes Communes*, vel decretales ab Urbano IV. uſque

(40) *Sextum* quoque publicâ fuiſſe auctoritate donatum ex eiuſdem Bonifacii VIII. *Præfatione* deducitur.

(41) Eas referente Martino Polono in *vit. Clementis V.* anno MCCCXII. in Caſtro de Montiliis prope Carpenctoractum, ubi tunc Rom. Curia degebat, Pontifex in Cardinalium Conſiſtorio tantum propoſuerat; ſed eo vita functo, ab eiuſdem Succeſſore Joanne XXII. promulgatæ fuerunt anno MCCCXVII.

Digitized by Google

ad Sixtum IV. editæ (42) : quæ quidem posteriores Collectiones eâdem fere methodo ac Gregoriana sunt distributæ (43).

Præter ea, quæ in Corpore Juris Communis, de quo hactenus egimus, continentur, extra illud quoque plura vagantur cum Generalium Conciliorum, veluti Constantiensis, Florentini, Lateranensis V. ac Tridentini Statuta, tum Summorum Pontificum Placita, quæ pro variis, quibus eduntur, formis *Bullæ* vocantur, aut *Brevia*, & quo-

(42) Utriusque generis *Extravagantes* nullius Summi Pontificis mandato, sed privato quorumdam studio collectæ sunt; & quamvis ex consuetudine in *Corpus Canonicum* insertæ fuerint, vetus tamen Constitutionum, quæ extra illud vagabantur, nomen retinuere.

(43) Varias *Corporis Canonici* Editiones recenset Douiatius *Præn. Can. Lib. V. c.* 23. ubi de usu Juris Communis Canonici loquitur, de quo vel apud Protestantes etiamnum vigente vid. Boehmer. *Exercit.* 9. *ad Pandect.* Rieger *Jur. Eccl. P. II. Proleg.* §. 137. *&c.* et Van der Hoop Dissert. *de necessario Rom. Juris & Canonici studio in Hollandia*.

Digitized by Google

rum pleraque plurium Scriptorum operâ collecta, vulgataque sunt (44).

His insuper accedunt Decisiones variarum Cardinalium *Congregationum*, quæ Romæ a Summis nonnullis Pontificibus, præsertim vero a Sixto V. institutæ fuere, ut illa examini subiicerent, decerne-

(44) Amplissimam omnium Conciliorum Collectionem cum notis &c. edidere anno 1672. Labbeus et Cossartius, mox anno 1715. Harduinus, ac novis demum Commentariis eam illustrarunt, auxeruntque Nicol. Coletus, Jo. Dom. Mansius, aliique, ut ex recentissima, quæ Venetiis apud Ant. Zatta sub prelo adhuc est, Editione liquet.

Romanorum autem Pontificum Epistolas una cum illis, quæ ad eos scriptæ sunt, a S. Clemente I. usque ad Innocentium III. collegit, ediditque Parisiis anno 1721. Petrus Coustant e Congregatione S. Mauri. Ac de *Bullario Magno*, quod XIV. voluminibus edidit Romæ Hieron. Mainardus, Bullasque continet Summorum Pontificum a S. Leone M. usque ad Clementem XII; de *Bullario Benedicti XIV*. in IV. Tomos diviso; & de Bullis Clementis XIII. Clementis XIV. et Pii VI. simul iunctis; non secus ac de Bullarum omnium Compendio Flavii Cherubini, et Aloys. Guerræ vid. Jo. Devoti *Inst. Can. Proleg*. §. 99.

Digitized by Google

rentque negotia, quæ ad Inquiſitionis Officium ex. gr. ad Libros expurgandos, ad interpretationem Concilii Tridentini, atque ad huiusmodi alia pertinent, quibus omnibus diſcutiendis ſolus Pontifex impar omnino foret (45); *Regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ*, quæ cum primum ab Joanne XXII. promulgatæ fuerint, ab aliis deinde Pontificibus plurimum auctæ ſunt, iisque modus, quo in Beneficiorum præcipue collatione procedendum eſt, atque agendum in Romana Curia ſtatuitur (46); Libri *Liturgici*, *Pontificales*, *Rituales*, & alii, quibus ceremoniæ ritusque Sacrorum præ-

(45) Vid. Bull. Sixti V. quæ incipit *Immenſa*. Ac de Cardinalium Congregationibus de Luca *in Relat. Curiæ Rom. Diſc.* 14. *&c.* et Van-Eſpen *Jur. Eccles. Univ. P. I. Tit.* 22.

(46) Has Regulas commentati ſunt Mandoſius, Gonzalez, Chokierius, Rigantius, aliique, ac de iis vid. Douiat. *Præn. Can. Lib. IV. c.* 25. *n.* 7. qui eas quoque retulit ad calcem *Inſtitutionum Canonicar.* Jo. Pauli Lancellotti.

Digitized by Google

scribuntur (47), Leges, quas Christiani Principes tamquam præcipui Canonum & Ecclesiasticæ Disciplinæ Custodes ac Defensores tulere (48); *Glossa* tam *interior*, quàm (ut aiunt) *marginalis*, quæ vel *summaria* dicitur, vel *continuationis*, vel *additionis*, vel *explanationis &c.* prout Jus nostrum vel interpretatur, vel in compendium redigit, vel extendit, vel cum iis, quæ præcedunt atque sequuntur, connecti[illegible] (49); ac Demum *Sty-*

---

(47) De auctoritate Libri Pontificalis Rom. vid. *Clement. unic. de Jureiurand. v. Postque* et ibi Glossa *v. Pontificali;* atq. de Libris ad sacros Ritus pertinentibus, non secus ac de Jure Liturgico, eiusque usu &c. Fr. Ant. Zaccaria *Biblioth. Ritual.* et Edmund. Martene *de antiq. Eccles. Ritib.*

(48) Vid. Gelasii Pape monitum apud Gratianum *in Can.* 11. *Dist. X. & in Can.* 11. *Dist. LIV.*

(49) De Juris Canonici Glossis, et Interpretationibus vid. Van-Espen *in Tract. Hist. Canon. P. X. c.* 2. et Douiat. *Præn. Lib. V. c.* 1. *&c.* qui ad calcem eiusdem operis alphabeticum quoque Indicem subdit Interpretum, aliumque in *Append. Cap.* 8.

Digitized by Google

lus Curiæ, vel Formulæ, quibus Romanæ præſertim Curiæ Officiales in Reſcriptis aliiſque negotiis expediendis utuntur, quæ tamen ad *Conſuetudinem* potius referri poſſe videntur (50).

Ceterum id minime omittendum, quod inter Eccleſiæ Regulas eæ, quæ Orthodoxam Fidem atque Moralem ab Jeſu Chriſto præſcriptam, ſeu Jus Divinum interpretantur, illudque conſtituunt, quod ad æternam comparandam Salutem omnino eſt neceſſarium, atque *Dogmaticæ* dicuntur, prorſus ſunt invariabiles ſemperque conſtantes; aliæ vero, quæ id iubent, aut vetant, permittuntve, quod pro variis temporum, locorum, & perſonarum conditionibus convenire Chriſtianæ Societati, eiuſve Mem-

---

Sanctorum Patrum atque Doctorum, quibus uſi ſunt Canonum Collectores.

(50) Vid. Douiat. *Loc. cit. Lib. I. c.* 4. *n.* 16. et Rieger. *Jurispr. Eccl. P. II. Proleg.* §. 108. *&c. et* 132. *&c.*

bris censetur, quæque *simplicis Disciplinæ* solent appellari, nonnumquam vel pro Ecclesiastica lenitate ac indulgentia remitti, vel etiam plane immutari possunt (51).

Quamvis autem Juris Ecclesiastici Constituentes tam credenda quàm agenda a Fidelibus definierint, unde Jus nostrum ad utriusque generis Statuta referri videatur, Fidei tamen *Dogmata* Theologis enucleanda, uberiusque pertractanda relinquimus, cum Juris Consulti de iis præsertim, quæ fieri debent, quæve ad actiones hominum pertinent, soliciti sint.

(51) Vid. S. Leonis M. Papæ monitum in *Epist. ad Rusticum Ep. Narbon. Tom. VI. Collect. Concilior. Mans. p.* 399. et a Gratian. relat. *in Can.* 2. *Dist. XIV.* S. Augustin. in *Lib. II. de Baptism.* et apud Grat. *in Can.* 11. *Dist. XII.* de quo vid. *Correctores Roman.* atq. Ant. Augustin. *de Emend. Gratian. Lib. I. Dial.* 20. Fr. Florens *Dissert. de orig. art. et auctor. Jur. Can.* atque Natal. Alexander *Diss. X. in Hist. Eccl. Sec. I. et ib. not.* J. Dom. Mansi.

CANONICARUM INSTITUTIONUM

LIBER I.

De Personis ad Ecclesiam pertinentibus.

TITULUS I.

De variis Personarum speciebus quoad Ecclesiam.

P*ersona* generatim dicitur Ens intelligendi, libere volendi, atque agendi capax, quod in statu quodam ab Jure consideratur; adeoque tam *physicæ* quàm *morales* Personæ quævis officiis iuribusque uti, pœnis præmiisque affici possunt (1).

(1) *Status Personarum* (inquit Guadagnius *Instit. Jur. Civ. Lib. I. Tit.* 3. §. 2.)

Digitized by Google

Quod autem inter Homines maximum sane discrimen Jus Romanum effinxit, ut alii tamquam *Personæ*, alii vero *capite* aut statu quovis civili carentes tamquam *Res* a Legibus haberentur (2), id minime probatur in Jure Canonum, iuxta quod cuiuscumque generis Homines, eorumve societates velut *Personæ*, ad spiritualem statum quod attinet, inter se omnino æquales existimantur, ac præcipuis, quibus Animæ salus comparatur, Bonis Muneribusque frui possunt (3).

---

est „ Conditio aut qualitas, qua Persona „ quævis diversis iuribus, obligationibus, „ officiisque utitur. „

(2) Α᾽προσωποι, hoc est *sine Personæ* dicuntur servi a Theophilo §. 2. *Inst. de hered. instit.* et *Princ. Tit. de stipul. Serv. vid. L.* 3. §. 1. et *L.* 4. *D. De Capit. minut. L.* 1. *in pr. D. De Jure deliber. L.* 32. *D. De Regul. Jur.* §. 4. *Inst. De Capitis deminut.* Cuiacius in *Lib.* 35. *et* 69. *Pauli ad Edict.* et Guadagn. *d. Tit.* 3. §. 6.

(3) S. Paulus *ad Galat. Cap.* 3. *v.* 28. *Can.* 1. *et seqq. XXIX. q.* 2. *Cap.* 1. *de Coniug. Servor.* et S. Ioannes Chrysostomus apud Tillemontium *Hist. Eccles. Tom. XI. p.* 143. *Edit. venet.* 4.

Digitized by Google

Inter Personas tamen apud nos primum distinguendæ quæ pertinent ad Ecclesiam, ut *Christi Fideles*, qui Baptismate donati orthodoxæ Religionis præcepta fideliter servare student (4), ab iis, quæ ad Ecclesiam ipsam non pertinent, cuiusmodi sunt *Infideles*, qui Christo minime dedere nomen, adeoque positivis Ecclesiæ Legibus non adstringuntur (5).

Fidelium vero alii sunt Laici, alii Clerici, alii Monachi aut Regulares.

---

(4) De iis, quibus Fideles olim appellari consueverunt nominibus &c. vid. Bingham. *Orig. Eccles. Lib. I. Cap.* 1. *&c.* Mamachius *Antiquit. Christian. L. I. c.* 1. *&c.* et Pelliccia *de Christ. Eccl. Polit. L.* 1. *Sect.* 2.

(5) S. Paulus *I. ad Corinth. Cap. V. c.* 12. Anacletus *ad Tit. Decretal. de Constitutionib. n.* 278. *&c.* et *ad Tit. de Judæis, Saracenis &c.* ac Rieger *Jur. Eccl. P. IV.* §. 283. *&c.*

Digitized by Google

TITULUS II.

De Laicis, & Clericis.

Laicorum nomine indicantur Christi Fideles, qui licitis quibuscumque vitæ civilis negotiis vacantes nec Sacerdotali funguntur ministerio, nec Regulari quavis professione obligantur (1).

Cunctis autem Laicis quædam *communia* sunt iura & officia, veluti quod Sacramentorum omnium (si Ordinem excipiatis) pro variis ipsorum conditionibus participes sint; universali gaudeant Ecclesiæ communione; Precibus sacrisque Ceremoniis, quæ publice in Ecclesia peraguntur, adesse; lectiones Scripturarum & Sermones audire; ac eiusmodi alia, quæ ad præcipuum Christianæ Religionis sco-

---

(1) Vid. S. Hieronym. relat. in *Can. Duo sunt 7.* §. 1. *XII: q.* 1. Bingham *d. Lib. I. Cap.* 5. §. 5. *&c.* et Mamach. *Loc. cit. Lib. IV. Cap.* 1. §. 2. *&c.*

Digitized by Google

pum assequendum conducunt, perficere possint: quædam vero nonnullorum tantum propria censentur, veluti quæ de Patronatu laico, de Coniugibus, de Cancellariis, Aedituis, ac Defensoribus, de Secularibus Congregationibus &c. statuta fuere (2).

Clerici sunt qui in sortem Domini vocati sacro quovis in Ecclesia Munere, spirituali Potestate, vel Dignitate donantur (3); ac pluribus inter se gradibus distin-

---

(2) De Laicorum peculiaribus iuribus & obligationibus alibi erit opportunior loquendi locus; ex. gr. de iis, quæ ad Sponsalia & Matrimonium, ad secundas Nuptias &c. pertinent, vid. *Lib. II. Tit. 7. et seqq. nostrar. Institution.* De Iure Patronatus *Tit.* 17. De Promotoribus, Advocatis, Cancellariis &c. *Lib. III. Tit. 5. et 6.* Ac de Laicalibus Congregationibus videndi Thomassinus *De vet. et nov. Eccl. Disc. Part. I. L. 2. c. 25. n. 5. et Lib. III. c. 43. ac 63.* Van-Espen *Jur. Eccl. Univ. P. I. Tit. 33. c. 2. &c. P. II. Tit. 4. c. 4. n. 23. et Tit. 37. c. 6.* atque Pelliccia *De Chr. Eccles. Polit. Lib. I. Sect. 3. c. 5.*

(3) Vid. *d. Can. 7. XII. q. 1.* Bingham. & Mamach. *ll. cc.*

guuntur: Alii enim ad Statum Clericalem Tonsurâ initiati, alii minoribus in Ordinibus constituti, alii in maioribus aut sacris, alii Præeminentiâ insigniti, alii Jurisdictione, alii pluribus simul, & alii demum iis omnibus qualitatibus præditi sunt (4).

---

(4) Hinc in Ecclesiastica Hierarchia (de qua supra egimus *in Prolegom.*) *Maioritas* oritur et *Obedientia*, de quibus vid. apud Gratianum *Dist. XXII. XCIII. et XCIX.* atque *Caus. IX. quest. 2. &c. Tot. Tit.* 33. *Lib. I. Decretal. Gregorii IX. Tit.* 17. *Lib. I. in Sexto*, Tit. 2. *Extravagant. Joann.* XXII. & *Tit.* 8. *Lib. I. Extravag. Commun.* „ De Maiorit. et Obed. „ *Titt.* 31. *et* 33. *Lib. V. Decretal. Gregor. Titt.* 6. *et* 7. *Lib. V. in Sext. et in Clementin.* „ De excessib. Prælator. et subditor „ ac „ De Privileg. et excessib. privileg. „ atque ad eosdem Titulos Glossæ et Interpretes.

Digitized by Google

TITULUS III.

De iis, qui ad Statum Clericalem, vel Beneficia sunt promovendi.

Præter generalem morum integritatem, omnigenarumque virtutum ac doctrinæ dotes, quibus ad Clerum promovendi ornati esse debent, speciales quoque conditiones quædam, & qualitates in iis a Canonibus requiruntur, quibus qui carent vocantur *Irregulares*, ac non modo ab Ordinum & Officiorum Clericalium susceptione, sed & ab eorumdem usu prorsus arcentur (1).

Statum ergo Clericalem ingre-

(1) De Irregularitate generatim agunt Van-Espen *Jur. Eccl. Univ. Part. II. Tit.* 10. Cabassutius *Jur. Can. Theor. et Prax. Lib. V. c.* 19. *&c.* Thomassinus *de vet. et nov. Eccl. Disc. P. II. L.* 1. *c.* 56. *&c.* Schmier *Jurisprud. Can. Civ. L.* 1. *Tract.* 4. *Cap.* 3. *Sect.* 1. *et Cap.* 6. ac vid. Innocentii I. et Zosimi Romm. Pontificum Decisiones apud Tillemontium *H. E Tom. X. p.* 628. *&c.* 632. *&c.* 648. *&c. et* 700.

Digitized by Google

di prohibentur mulieres (2); non baptizati (3); ex illegitima coniunctione orti (4); amentes, energumeni, & morbo herculeo vel epilepsia laborantes (5); non secus ac insigni aliqua corporis parte carentes, impediti, vel deformes (6);

---

(2) *Can.* 11. Concil. Laodiceni in *Tom. II. Collect. Concilior. Mans. p.* 565. qui refertur quoque a Gratiano in *Can. Mulieres* 19. *Dist. XXXII.* et vid. *Can.* 44. eiusdem Concilii *p.* 572. *Ibid. Can.* 1. *et* 7. Cæsaraugustan. an. 380. cum Sever. Binii *notis in d. Collect. Tom. III. p.* 633. *&c.* Gelasius I. Papa *in Epist.* 9. *ad Episcop. Lucan. c.* 26. *Tom. VIII. p.* 44. *Ibid.* et *Can. Mulier* 19. *XXXIII. quæst.* 5.

(3) *Can.* 59. *et seq.* I. *q.* 1. *Cap.* 1. *et ult. De Presbyt. non baptiz.*

(4) *Tot. Dist. LVI. Tot. Tit.* 17. *Lib. I. Decretal. Gregor.* „ De filiis Presbyter. ordin. „ *Tot. Tit.* 11. *Lib. I. in Sexto* „ De fil. Presb. et aliis illegitime natis „ et *Cap.* 7. *de Elect.*

(5) Gelasius Papa *d. Tom. VIII. p.* 42. *et* 140. relatus a Gratiano in *Can* 5. *D. XXXIII. et in Can.* 2. *VII. q.* 2.

(6) *Can.* 3 *Dist. XXXIII. Can.* 1. *D. XXXVI. Tot. Dist. LV. Can.* 1. *&c. VII. q.* 2. *Tot. Tit.* 20. *Lib. I. Decretal. Gregor.* „ De Corpore vitiatis ordin. vel non „. *Lib. III. Tit.* 6. *ap. Greg. et Tit.* 5. *ap. Boniſ.* „ De Cleric. ægr. vel debilit. &c. „

Digitized by Google

illiterati (7); neophyti (8); servi, nisi Dominus eos manumiserit, vel ordinationi consenserit (9); clinici (10); bigami (11); qui reddendis rationibus subiiciuntur (12); constante matrimonio vir, quibu-

(7) *Can.* 2. *Dist. XXXVI.* Hilarus Papa *in Epist. ad Episc. Tarrac. n.* 4. et in Concil. Rom. an. 465. n. 3. *Tom. VII. d. Collect. p.* 928. *et* 961. atque apud Gratian. *in Can.* 3. *D. LV.*

(8) *Can.* 2. Conc. Nicæni I. in *Tom. II. d. Coll. p.* 668. *&c.* relat. a Gratiano *in Can.* 1. *D. XLVIII. Can.* 3. Laodic. *in d. Tom. II. p.* 564. S. Leo M. *Epist. ad Episc. Maur. c.* 4. *d. Collect. Tom. V. p.* 1260. et *Can.* 1. Conc. Arelatens. an. 452. *Tom. VII. p.* 879. cum Jac. Simondi *not. p.* 886. *Ibid.*

(9) *Tot. Dist. LIV. Tot. Tit.* 18. *Lib. I. Decretal.* „ De servis non ordin. „

(10) *Can.* 12. Conc. Neocæsar. relatus a Gratiano *in Can. Si quis Dist. LVII. et in Tom. II. d. Collect. p.* 541. cum Sever. Binii, et Gabr. Albaspinei *not. p.* 550. *&c. Ibid.*

(11) *Dist. XXVI. Dist. XXXIII. Can.* 7. *&c. D. XXXIV. Caus. XXVIII. q.* 3. atque in *Lib. I. Decretal. Tit.* 21. *ap. Greg. et Tit.* 12. *ap. Bonif.* „ De bigam. non ordin. „

(12) *Tot. Dist. LI. et LIII. Tit.* 19. *Lib. I. Decretal.* „ De obligatis ad ratiocinia ordin. &c. „

Digitized by Google

sdam exceptis casibus, quibus uxor consentiat ordinationi, & continentiam servare promittat (13); qui voluntariis homicidiis, mutilationi membrorum, iudiciisve sanguinis dedere operam (14); publici pœnitentes (15); ii, qui cum Ecclesiasticæ subessent censuræ, vel rite ordines non suscepissent, sacro ministerio se immiscuerunt (16); qui sponte iteravere Baptisma, hæretici, schismatici, apostatæ, simoniaci, usurarii, & quicumque gene-

---

(13) *Tot. Dist. XXXII. Can. 6.* §. 1. *Dist. LXXVII. Lib. III. Decretal.* Tit. 3. „ De Cleric. Coniugat. „ *et* Tit. 32. „ De convers. coniugator. „ atque *Cap. ult. De temp. ordin. in VI.*

(14) *Can. 8. Dist. L.* et ibi Correctores Romm. *Tot. Dist. LI. et LIII.*

(15) *Can. 9. et seq.* Conc. Nicæni I. apud Gratian. in *Can. 4. &c. Dist. LXXXI.* et Mansium *Tom. II. Collect. Coucil. p.* 671. *Can. 9. et* 10. Neocæsar. relat. *in Can. 1. XV. q. 8. et d. Tom. II. p.* 541. *et Can. 55. &c. Dist. L.*

(16) *Tit. 27. Lib. V. Decretal.* „ De Clerico excomm. deposito &c. „ *et Cap.* 20. *De Sent. Excomm. in Sexto.*

Digitized by Google

ſtatim ob ſcelera infames fiunt (17).

Ab Eccleſiaſticis vero Beneficiis obtinendis, ſi mentem Canonum præ oculis habeamus, ii quidem omnes excludendi ſunt, quos a ſtatu Clericali arceri diximus, cum ea conferri non niſi Clericis debeant (18). Præterea nemo ante decimum quartum ætatis annum ea conſequi poteſt (19); nec filius in Eccleſia, ubi pater habet habuitve idem vel aliud Beneficium, niſi prius id in alios tranſierit (20); &

(17) Gelaſius Papa *in Epiſt. ad Epiſcop. Lucan. c.* 2. *et* 18. ap. Gratian. in *Can. Si quis* 8. *Diſt. LXXVII.* et Manſium *Tom. VIII. d. Coll. p.* 37. *et* 42. *Can.* 67. Conc. Carthag. IV. relat. *in Can.* 8. *Diſt. XLVI. et in Tom.* III. *d. Coll. p.* 956. Tituli Decretal. „ De Hæreticis „ De Apoſtatis et reiterantibus baptiſm. „ De Schiſmat. „ De Clerico non ordin. miniſtr. „ *Can.* 2. *Diſt. XXXIII. Can.* 69. D. *L. Can.* 5. *D. LI. et Can.* 3. *&c. Diſt. XCVIII.*

(18) Vid. Van-Eſpen. *Jur. Eccl. Univ. P.* II. *Tit.* 18. *et ſeq.*

(19) *Cap.* 3. *De æt. et qualit. præficiend.* et Concil. Trid. *Seſs. XX*III. *Cap.* 6. *de ref.*

(20) Vid. *Cap.* 2. 7. 11. *&c.* 15. *&c. de fil. Preſbyter.* atque Concil. Trident. *Seſs. XXV. c.* 15. *de ref.*

Digitized by Google

quoad hæreticos in specie statutum, ut neque iis conferri possent Beneficia, neque illorum fautoribus, receptatoribus, defensoribus &c. neque ipsorum hæreticorum filiis aut descendentibus in linea quidem paterna ad secundam, in materna vero ad primam usque generationem (21).

Quicumque demum Dignitates, Personatus, Officia, Præbendas, Portiones, & alia quævis eiusmodi Beneficia obtinent, quibus peculiaria quædam onera sunt adnexa, veluti Missas celebrandi, ministrandi Sacramenta, Evangelia Epistolasve legendi &c. si Ordinibus ad hæc absolvenda requisitis donati non fuerint, eosdem intra annum suscipere debent (22).

---

(21) *Cap.* 2. §. 2. *et Cap.* 15. *De hæreticis in* VI.

(22) *Cap. Cum in cunctis* 7. *De Elect. Cap. Licet* 14. *et Cap. Commissa* 35. *Eod. in* VI. *Cap.* 1. *De æt qual. et ord. præfic. Clement.* 2. *Eod.* ac Concil. Trident. *Sess.* XXII. *c.* 4. *de ref. et Sess.* XXIV. *c.* 12. *de ref.*

Digitized by Google

TITULUS IV.

De vita & privilegiis Clericorum.

Cum de iis Titulo superiori diximus, qui a suscipiendis Ordinibus, Ministeriis, & Beneficiis Ecclesiæ reiiciuntur; iam vero de illorum vita dicendum, qui Clericorum cœtui fuerunt adscripti.

Hi quidem non modo internam iustitiam, innocentiam, & perfectionem, sed exteriorem quoque decentiam ita præ oculis habere debent, ut habitum illum practicum laudabiliter vivendi, sive Leges ad proprium eorumdem statum pertinentes exequendi, acquirant, in quo potissimum consistit *Vitæ clericalis honestas* (1).

---

(1) De Clericalis vitæ regimine, officiisque generatim vid. *Tit* 1. *Lib.* III. *Decretal. tam Gregorii* IX. *quàm Bonifacii V*III. *Clementis V. et Extravag. Comm.* „ De vit. et honest. Clericor. „ Siricius Papa *Epist.* 3. *ad univers. Orthodoxos, et seq. in Tom.* III.

Vestes itaque Clericales, tonsuramque gerere debent (2); iisque nec comam alere, fictitiâve uti (3), nec arma deferre (4) fas est; ad

Coll. Concilior. Mansi p. 667. SS. Gregorius Nazianzenus, Joannes Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus, aliique veteres Patres apud Tillemontium *Hist. Eccl. Tom.* IX. *p.* 348. *&c. Tom. X. p.* 360. *Tom. XI. p.* 137. *&c. Tom.* XII. *p.* 150. *&c. Tom.* XIII. *p.* 845. *&c.* et Agobardus Archiep. Lugdunensis apud Natal. Alexandrum *H. E. Sec.* IX. *&c. Cap.* 3. *Art.* 10. *n.* 7.

(2) Vid. Pelliccia *in Append.* 2. *ad Lib.* I. *de Christ. Eccl. Polit.* ubi de Civilibus, *et Lib.* II. *Sect.* 1. *c.* 8. ubi de sacris Clericorum vestibus agit; Bingham. *Orig. Eccl. Lib. VI. c.* 1. *&c.* Thomassin. *De vet. et nov. Eccl. Discipl. P.* I. *l.* 2. *c.* 43. *&c.* Van-Espen *I. E. U. P. I. Tit.* 2. *c.* 2. *&c. et Infr. L.* 2. *Tit.* 12. *n.* 1.

(3) *Can.* 44. *&c.* Conc. Carthag. IV. cum Sever. Binii *not. in Tom.* III. *d. Collect. Concilior. p.* 955 *et* 962. atque apud Gratian. in *Can. ult. Dist.* XLI. Statut. Eccles. antiq. *n.* 23. *&c. in Tom. VII. d. Collect. p.* 895. *Can. Si quis* 23. *Dist.* XXIII. *Can. Nullus* 57. *Dist.* I. *de cons.* atque *Cap.* 4. 7. *et* 15 *De vit. et honest. Cleric.*

(4) *Can.* 7. Concil. Chalcedon. in *d. Tom.* VII. *p.* 362. et ap. Gratian. in *Can.* 3. XX. *q.* 3. *Can.* 9. *in fin. Dist.* XXXV. *Can.* 1. *&c. Dist. XLV. Can.* 25. *Dist.* LXXXVI.

Digitized by Google

cauponas ſine iuſta cauſſa ventitare (5), alearum ludos, theatra, choreas, aliaque id genus adire (6),

Can. 6. XI. *q.* 1. *et Can.* 19. *Dist.* I. *De Pœn. Tit.* 25. *Lib. V. Decretal. Greg.*, De Clerico percuſs. „ *Cap.* 2. *De vit. et hon. Clericor. Cap.* 16. 24. *et* 54. §. 2. *De ſent. excom. ac Novell. Justinian.* 123. *c.* 20.

(5) *Can.* 41. *et* 42. *Apoſtol. in Tom.* I. *d. Collect. p.* 38. relati a Gratiano *ſub n.* 43. *&c. in Can.* I. *Dist.* XXXV. *Can.* 26. Conc. Hipponenſis, ſive *Can.* 27. Carthag. III. et 40. *Cod. Afric. in Tom.* III. *d. Collect. p.* 736. 884. *et* 923. atque apud Gratian. in *Can. Clerici* 4. *Dist.* XLIV. *Can.* 24. Laodic. *in Tom.* II. *eiuſdem Coll. p.* 568. *et in Can. Non oportet* 2. *d. Dist. Can.* 2. Conc. Turonenſis I. an. 461. *in Tom.* VII. *Ibid. p.* 945. *Can.* 13. Venetici an. 465. *d. Tom.* VII. *p.* 954. *&c.* ex quo ſumptus videtur *Can.* 41. Agathens. relatus a Gratiano *in Can.* 9. *Dist.* XXXV. *et Cap.* 14. *De vit. et honeſt. Cler.* De quibus, aliiſque huiuſmodi Canonibus vid. Tillemont. *l. c. Tom.* XIII. *p.* 181.

(6) *Can.* 27. 54. *&c.* Conc. Laodiceni *in Tom.* II. *d. Collect. p.* 569. *et* 573. atque ap. Gratian. *in Can.* 3. *Dist.* XLII. *Can.* 10. *D.* XLIV. *et Can.* 37. *D. V. de Conſ. Can.* 11. Venetici an. 465. in *Tom.* VII. *d. Collect. p.* 954. *Can.* 39. Agathens. relat. *in Can.* 19. *D.* XXXIV. *Cap.* 12. *et* 15. *De vit. et hon. Cler.* Natal. Alexand. *Diſſert.* 3. *in Sec.* VII. ubi *de Can.* 24. 50. *&c.* Conc. Trullani agit.

Digitized by Google

& cum mulieribus, nisi arctum cognationis vel affinitatis vinculum intercedat, cohabitare (7) nequeunt; immo nec lucri caussâ mercaturam facere, negotiisve se ad-

---

(7) *Can.* 1. Conc. Neocæsar. an. 314. *in Tom.* II. *d. Coll. Conc. p* 539. *et in Can.* 9. *Dist.* XXVIII. *Can* 3. Nicæni I. cum Sever. Binii notis *d.* *Tom.* II. *p.* 670. *et* 735. relat. a Gratiano *in Can.* 16. *Dist.* XXXII. *Can.* 3. *&c.* Carthag. I. an. 348. *in d. Collect.* *Tom.* III. *p.* 146. *Can.* 2. Carthag. II. an. 390. *p.* 693. *Ibid.* et refertur in *Cod. Afric. n.* 3. *&c. p.* 710. *&c.* atque a Gratiano *in Can.* 3. *Dist.* XXXI. *et Can.* 3. *D. LXXXIV*. *Can.* 17. 19. *et* 25. Carthag. III. *in Cod. Afr. n.* 16. *et* 38. apud Mansium l. c. et ap. Gratian. *in Can.* 8. *Dist.* XXXII. atque in *Can.* 27. *et* 32. *Dist.* LXXXI. *Tit.* 2. *Lib.* III. *D cretal.* „ De cohabitat. Clericor. et mulier. „ nec non *Cap.* 8. *De vit. et hon. Clericor.* Videndi quoque veterum SS. Patrum et Doctorum hac de re Tractatus, ac præsertim S. Joann. Chrysostomi, Synesii, S. Augustini, S. Lupi Trecensis, Euphronii Augustodunensis &c. apud Tillemontium *Memoir pour l' H. E. Tom. XI. p.* 139. *Tom. X*II. *p.* 517. *Tom. X*III. *p.* 804. *Tom. XV*I. *p.* 133. *&c.* Thomassin. *de vet. et n. E. D. Part.* I. *Lib.* II. *c.* 60. *&c.* et Van-Espen l. *E. U. P.* I. *Tit.* 2. *c.* 2. *et Tit.* 30.

Digitized by Google

dicere secularibus (8), nec laicorum famulatui, aut clamosæ venationi dare operam (9) iisdem per-

(8) S. Paulus *Epist.* II. *ad Tim. c.* 2. *v.* 4. *Can. Apost.* 6. *et* 19. *vel* 20. ex interpretatione Dionysii Exigui *in Tom.* I. *d. Coll. Concil. p.* 30. 34. *et* 52. Concil. African. an. 257. et *Epist.* 66. S. Cypriani ad Clerum et Plebem Furnitanorum *Ibid. p.* 899. *&c.* 904. *&c.* et apud Tillemont. *l. c. Tom.* IV. *p.* 60. *Can* 6. Conc. Carthag. I. sub Grato an. 348. vel 349. in *Tom.* III. *d. Collect. p.* 147. *et in Can.* 2. *XXI. q.* 3. *Can.* 15. Carthag. III. qui refertur *in Cod. Afric. n.* 16. *d. Tom.* III. *p.* 718. 883. *&* 921. *et in Can.* 3. *Ead. Caus. & quæst.* Gelasius Papa *in Epist.* 9. *ad Ep. Luc. c.* 15. *in Tom.* VIII. *d. Coll. p.* 41. *&c. et in Can.* 2. *Dist. LXXXVIII.* ac vid. ceteri eiusdem 88. *Dist.* Canones, *Decretal. Lib.* III. *Tit.* 50. *ap. Gregor. et Tit.* 24. *apud Bonifac.* „ Ne Clerici vel Mon. secularib. negot. &c. „ et Conc. Trid. *Sess. XXII. c.* 1. *de ref.*

(9) *Tit.* 24. *Lib. V. Decretal. Greg.* „ De Clerico venatore „ *Clem.* 1. §. 3. *De Stat. Monachor.* Concil. Trident. *Sess. XXIV. c.* 12. *de ref. Can.* 4. Conc. Epaonens. an. 517. *Can.* 13. Matisconens. an. 585. *Can.* 8. Turonensis III. an 813. &c. apud Natal. Alexandrum *H. E. Sec. VI. Cap.* 5. *a* 5. *et* 28. *Sec. IX. Cap.* 4. *art.* 6. Fleury *Disc.* 3. *à l' Hist. Eccl. n.* 8. *et* Thomassin. *l. c. Part.* III. *L.* 3. *c.* 42.

Digitized by Google

mittitur; eoque minus se personatos exhibere possunt, mimis vel histrionibus se se immiscere, sordidis vacare artibus (10), usurisve indulgere (11).

---

(10) Vid. tamen Act. Apostol. *Cap.* 20. *v.* 34. Epist. I. ad Corint. C. 4. *v.* 12. ad Thessalonic. I. C. 2. *v.* 9. et II. *Cap.* 3. *v.* 8. *Can.* 18. Conc. Eliberitani an. 305. in *Tom.* II. *d. Collect. Concilior. p.* 9. *Can.* 51. *et seqq.* Carthag. IV. cum Sever. Binii *not.* in *Tom.* III. *Ibid. p.* 955. 962. *&c.* et ap. Gratian. in *Can.* 3. *&c. Dist.* XCI. *Cap.* 1. *Ne Cler. vel Mon. &c. Cap.* 1. *De Celebr. Missar. Cap.* 15. *&c. De vit. et hon. Clericor. Clem.* I. *eod.* ac Thomassin. *l. c. c.* 8. *&c.*

(11) *Can. Apost.* 43. *vel* 44. ex Dionysii Exigui versione in *Tom.* I. *eiusd. Collect. p.* 38. *&c. et in Can.* 1. *D.* 47. *Can.* 20. Conc. Eliber. *Tom.* II. *Ib. p.* 9. *Can.* 4. Laodic. iuxta ordinem Græcorum, vel 5. iuxta Dionysium in *d. Tom.* II. *p.* 564. *&c. et in Can.* 9. *Dist. XLVI. Can.* 17. *Niceni* I. *p.* 675. *Ibid. et in Can.* 2. *Dist. XLVII. Can.* 13. Carthag. sub Grato *Tom.* III. *p.* 149. *Ibid. Can.* 22. Hipponens. an. 393. *vel Can.* 16. Carthag. III. relat. in *Codice Afric. n.* 16. *d. Tom.* III. *p.* 718. 883. *et* 922. atq. *in Can.* 6. *XIV. q.* 4. *Can.* 54. *&c.* Carthag. IV. *p.* 955. *&c. Ibid. in Can.* 3. *et seqq. Dist. XLVI.* atque in *Can.* 9. *XXII. q.* 1. Ubi coercentur Clerici quoque invidentes, accusatores fratrum, adulatores, proditores, maledici, litigatores, scurriles &c.

Digitized by Google

Insuper, ut studia, & sacras in primis Literas excolant (12), nec non in sacris peragendis officiis Ecclesiæ deserviant (13), iu-

---

(12) De studiis, scholisque Clericorum vid. Tillemont. *H. E.* ubi agit de Pantæno *Tom.* III. *p.* 170. *&c.* De Clemente Alexandr. *p.* 181. *&c.* De Origene *p.* 501. *&c.* De Petro Alexandr. Episcopo *Tom. V. p.* 437. *&c.* De persecutione Juliani Apostatæ *Tom. V*II. *p.* 344. *&c.* 717. *&c.* et de Dydimo *Tom. X. p.* 389. *&c.* Thomassin. *loc. cit. P.* II. *L.* 1. *c.* 92. *&c.* Bingham. *Orig. Eccl. Lib. V*I. *Cap.* 3. §. 1. *&c. et Lib. V*III. *c.* 7. §. 12. Fleury *Disc.* 2. *à l'Hist. Eccl. n.* 13. *&c. Disc.* 3. *n.* 2. 7. 21. Tiraboschi *Stor. della Letter. Ital. Tom.* II. *Lib.* IV. *c.* 2. *n.* 2. *Tom.* III. *L.* II. *c.* 1. *n.* 10. *&c. et Lib.* IV. *c.* 1. *n.* 8. *&c.*

(13) *Can.* 37. *Apostol.* ex interpretatione Dionysii Exigui in *Tom.* I. *d. Collect. Conc. p.* 54. *&c. Can.* 2. *et* 21. Conc. Arelatens. I. cum Jac. Sirmondi *notis Ibid. Tom. II. p.* 471. *&c.* 481. *et* 485. *Can.* 16. Nicæni I. *p.* 675. *Ib. Can.* 3. &c. Antiocheni an. 341. *p.* 1310. *&c. Can.* 14. *&c.* 20. *&c.* Sardicensis iuxta Dionysium, et Isidorum Mercat. vel *Can.* 11. *&c. et* 16. ex Codice Græco cum Sever. Binii *not. in Tom. III. d. Collect. p.* 14. *&c. et* 82. *Can.* 35. Hipponensis an 393. qui est *Can.* 37. Carthag. III. *d. Tom. III. p.* 885. *et* 924. *Can.* 49. *&c.* Carthag. IV. *p.* 955. *Ibid.* et ap. Gratian.

Digitized by Google

bentur Clerici; qui si Beneficiarii fuerint, vel maioribus in Ordinibus constituti, præter ea, quæ cuiuslibet ipsorum propria sunt, atque inferius a nobis exponentur, quotidianas etiam Preces illas, quibus *Divini Officii* nomen tributum est (14), recitare debent.

Si vero Clerici mundani fastus sectatores proprias ipsorum vestes, tonsuramve deferre, aut ea, quæ Canones iisdem iubent, perficere negligant, ab Ordine primum, Officiis, Beneficiisve suspendi, exinde, si perseverent, deponi, ac pri-

---

in Can. 3. §. 1. *et seq. Dist. XCI. Can.* 6. *et* 10. Chalcedon. in *Tom. VII. eiusd. Coll. p.* 361. *et in Can.* 1. *Dist. LXX. Can.* 14. Venetici *p.* 955. *Ibid.* ac vid. *Cap.* 16. *De Præbend. Decretal. Lib. III. Tit.* 4. *apud Greg. et Tit.* 3. *ap. Bonifac.* „ De Clericis non resident. „ Van-Espen *I. E. U. P. I. Tit.* 3. *c.* 3. *Tit.* 7. *c.* 9. *&c. Tit.* 16. *c.* 5. *&c.* Paul. Sarpi *Tratt. delle Materie Benef.* §. 32. et Thomassin. *loc. cit. P. I. L.* 2. *c.* 71. *&c.*

(14) De quo plura notatu digna refert Riegerus *Jurisprud. Eccles. P. III.* §. 800. *&c.*

Digitized by Google

vilegiis quoque Cleri spoliari, aliisque pœnis plecti possunt (15).

At variis Clerici Privilegiis, ut honoratior esset eorumdem cœtus, donati fuere: nam ipsorum Collegium in iis, quæ ad Religionem pertinent, laicalibus præferri solet; Ecclesiasticis Beneficiis, Dignitatibusque ii soli fruuntur; immunes communi Jure sunt a publicis gerendis Officiis, a Tutelis, Curis &c. (16), a militia & a mi-

---

(15) *Tot. Dist.* 81. ***Caus. XXI. q. 2. &c.*** *Clem. 2. de vit. et hon. Clericor.* Concil. Trid. *Sess. XIV. c. 6. de ref.* et *Sess. XXV. c.* 12. *de ref.* Bingham. *Orig. Eccl. Lib. VI. Cap.* 2. §. 2. *&c.* et *Lib. XVI. c.* 11. §. 2. ac Van-Espen *I. E. U. Part. I. Tit.* 2. *c.* 3. ***Part. II. Tit.*** 10. *c.* 6. et *P.* III. *Tit.* 4. *c.* 4. *n.* 69.

(16) Vid. tamen *Can.* 3. Conc. Chalcedonens. *in Tom. VII. d. Coll. Concil. p.* 359. et apud Gratian. in *Can. ult. Dist.* 86. et *Can. Pervenit.* 1. *XXI. q.* 3. ubi excipitur cura necessaria Pupillorum, Ecclesiasticarum rerum administratio, orphanorum, viduarum, et miserabilium patrocinium &c. Vid. quoque civiles hac de re Leges apud Tillem. *Memoir. pour l' Hist. Eccl. Tom. X. p.* 106. *&c.* atque *Hist. des Emper.* ubi *de Constantino M. agit. art.* 32. *ac de Constantio art.* 57.

Digitized by Google

litum receptione (17), atque ab Jurisdictione seculari (18); si filiifamilias fuerint, plenum habent rerum, quas acquisivere, dominium ad instar *peculii Castrensis* (19); debitorum, ut aiunt, civilium caussâ excuti nequeunt, nisi deductis ad eorum alendam vitam necessariis (20); & qui violentas in illos manus iniiciunt ana-

---

not. 48. et Petri Leopoldi M. E. D. *Lex lata d.* 2. *Mart. an.* 1769. §. 9. *&c.*

(17) Si vero de summo Reipubl. discrimine agatur, vel Clerici excubias agere iubentur *Cap. Pervenit.* 2. *de immun. Eccles.*

(18) *Tit.* 2. *Lib. II. Decretal. Greg. et Bonif.* „ De Foro compet. „ *Cap. un. de Cler. coniugat. in VI.* Concil. Trident. *Sess. XXIII. c.* 6. *de ref.* Huic tamen Clericorum privilegio, quod *Fori* dicitur, in Etruria derogatum est *Lege lata d.* 30. *Octobr. an.* 1784. At videndæ posteriores Ferdinandi III. M. E. D. Leges *d.* 13. *Octobr. an.* 1792. *n.* 6. &c. *et* 30. *Januar.* 1793. *n.* 7.

(19) Justiniani *Nov.* 123. *c.* 19. relata in *Auth. Presbyteros* 3. post *Legem* 34. *Cod. de Episc. et Cleric.*

(20) Quod sane vocatur Privilegium *Capitis Odoardus*, cum originem ducat ex *Cap.* 3. *de solution.* quod eo nomine incipit.

Digitized by Google

themate feriuntur *latæ sententiæ*, cuius absolutio Summo Pontifici reservatur (21).

---

(21) Hoc autem dici solet Privilegium *Canonis* eo quod hauriat [illegible] *Si quis* 29. *XVII. q.* 4.

De Clericorum privile[illegible] Fleuryus *Inst. Jur. Eccl. Part. I. c.* 29. Covarruvias *Pract. Quæst. c.* 8. *et* 31. Cabassutius *Jur. Can. Theor. et Prax. Lib. I. c.* 19. *et Lib. V. c.* 2. Bingham. *Orig. Eccl. L. V. c.* 1. &c. et Van-Espen. *Concord. Immunit. Eccles. et Juris Regii, ac de Recursu ad Princip.* &c. *Opp. Part. VI.*

TITULUS V.

De iis, qui sunt in prima Tonsura, & in minoribus Ordinibus constituti.

Prima Tonsura dicitur actus, quo quis a[illegible]opo per capillorum ampu[illegible], quibusdam adhibitis fo[illegible]crisque vestibus, in statu Clericam constituitur; eâque initiari non possunt, nisi „ Confirmati, fidei rudimenta edocti, „ qui legere & scribere sciant, & „ de quibus probabilis coniectura „ sit, eos non secularis Judicii fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ „ genus elegisse „ (1).

---

(1) Concil. Trid. *Sess. XXIII. c.* 4. *de ref.* De Tonsura Clericali videndi Pelliccia *De Chr. Eccl. Polit. Lib. I. Sect.* 2. *c.* 1. §. 1. Thomassinus *De V. et N. E. D. Part. I. L.* 2. *c.* 37. *et seqq.* Binghamus *Or. Eccles. L. VI. c.* 4. §. 16. &c. Van-Espen *I. E. U. Part. I. Tit.* 1. *c.* 1. atque Anaclet. *ad Tit. Decretal. de tempor. ordin. n.* 10. &c. *et ad Tit. de vit. et hon. Cler.* §. 3.

Digitized by Google

Plura olim fuere Clericorum officia, quæ vel sola per se, atque a proprie dictis Ordinibus separata Clericos efficiebant (2); sed quæ communiori saltem Ecclesiæ Latinæ usu minoribus Ordinibus adiuncta fuerunt ministeria sunt: Ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, & Acolythatus (3).

Ostiarius sacrarum Aedium ianuas aperire & claudere debet, infideles indignosque ab eisdem eiicere, illas expolire, in ipsisque proprium cuique locum constituere, Precum horas distinguere, sonituque indicare, ac aperire librum ei, qui ad Populum prædicat.

---

(2) Huius generis Clerici erant *Psalmistæ*, *Fossarii*, *Parabolani*, *Catechistæ*, *Syncelli*, *Apocrisiarii* &c. De quibus fuse agunt Binghamus *loc. cit. Lib. III. c.* 7. &c. Thomassinus *d. P. I. L.* 2. *c.* 34. 100. &c. et Pelliccia *l. c.* §. 2. *et Cap.* 7. §. 1. &c. *Lib. IV. Sect.* 1. *c.* 3. *ac Lib. VI. S.* 2. *c.* 1. &c.

(3) Vid. Van-Espen *I. E. U. Part. II. Tit.* 9. *c.* 1. *n.* 4. &c. et Bingham. *d. Lib. III. c.* 1. &c.

Digitized by Google

Lectoris est publice in conventu Fidelium sacras Scripturas, Antistitum Epistolas, Acta Martyrum, ceteraque huiusmodi legere, sacrorum Librorum habere curam, & panem fructusque novos benedicere.

Exorcistarum, vel Adiuratorum præcipuum, quo dæmones humana corpora vexantes exorcismis eiiciuntur, munus non nisi de speciali mandato Episcopi exerceri potest (4); qui tamen hoc Ordine donatus est Populum monet, ut qui particeps non fit sacræ mensæ ceteris locum det, atque aquam Sacerdoti affundit celebranti.

Acolythus tandem is est, cui cereos ferendi, accendendi luminaria, & vinum ad celebrationem Sacrificii præparandi munus incumbit.

Ad minores istos Ordines in

(4) *Can.* 26. Conc. Laodiceni in *Tom. II. Collect. Concil. Mansi p.* 568. *et in Can. Non oportet* 2. *Dist. LXIX.* atque Innocentius I. Papa *Epist. ad Decent. c.* 6. *in Tom. III. d. Collect. p.* 1030.

Digitized by Google

Occidentali Ecclesia promovendi Latinam saltem Linguam intelligere, bonumque de moribus a Parocho testimonium, atque a ludi Magistro de studiis habere debent (5). Eos autem ordinario Jure confert Episcopus iuxta quasdam in Pontificali Romano descriptas formulas, & cum nonnullorum Instrumentorum traditione (6).

---

(5) Conc. Trid. *Sess. XXIII. c. 5. et* 11. *de reſ.*

(6) Vid. *Can. 6. et seqq.* Concilii Carthag. IV. apud Gratianum in *Can. 16. et seqq. Dist. XXIII. et in Tom. III. d. Collect. Conc. p. 951. &c. Statuta Eccles. antiq. n. 92. &c. Ibid. Tom. VII. p.* 898. &c. Card. Bona *Rer. Liturg. Lib. I. c. 25. n.* 17. &c. ac Rieger *Jurispr. Eccl. Part. I.* §. 91. &c. *et P. II.* §. 444. &c.

Digitized by Google

TITULUS VI.

De Ordinibus sacris vel maioribus.

H*ypodiaconatus* (vulgo Subdiaconatus) apud Latinos primus est Ordo sacer, in quo per Episcopum constitutus ex Pontificalis Romani præscripto „ aquam ad ministe-„ rium Altaris præparare, corpo-„ ralia & pallas abluere, Diacono „ ministrare, calicem & patenam „ in usum Sacrificii eidem præbe-„ re, & Epistolam in Missarum „ solemniis legere debet „ (1).

Diaconus, cuius Ordo ab antiquissimis usque temporibus inter maiores tam in Orientali quàm in

---

(1) *Can.* 20. *et seqq.* Concil. Laodicæni in *d. Collect. Tom. II. p.* 568. *et* 579. a Gratiano relat. in C*an*. *Non oportet* 26. &c. *d. Dist. XXIII. et Can.* 15. *D.* XCIII. Vid. quoque C*an.* *Cleros* 1. §. 14. *Dist. XXI. Can. Perlectis* 1. §. 6. *D. XXV. Can. ult. D. LX.* C*ap.* 1. *De Cler.* C*oniug.* C*ap.* 9. *de æt. & qual. præfic.* Thomassin. *loc. cit.* C*ap.* 30. &c. et Van-Espen *d. P. I. Tit.* 1. *c.* 3.

Digitized by Google

Occidentali Ecclesia locum obtinuit, & cuius multiplex olim erat officium (2), is nunc dicitur, qui Sacerdoti Sacrificium celebranti ministrat, Evangelium publice legit, ac Episcopo mandante, vel absente Presbytero, prædicat, confertque Baptisma (3).

Presbyteri munera sunt: sacram conficere Eucharistiam, Deoque offerre, ac Populo Christiano illam præbere, benedicere, præesse, prædicare, baptizare, infirmos ungere, ac per Sacramentum Pœnitentiæ peccata dimittere; hæc tamen postrema officia non exercent Presbyteri, nisi vel speciale intercedat Episcopi mandatum, vel

---

(2) Vid. Natal. Alexand. in *Syn. Hist. Eccl. Sec. I. c. 5. Dissert. 7. Ibid. et Diss. 4. in Secul. III.* atque Tillemont. *H. E. Tom. I. p.* 140. &c. 513. &c. *et Tom.* II. *p.* 69. &c. *Tom. VI. p. 52. et 673. Tom. VII. p.* 308. *Tom. V*III. *p.* 285. *et Tom.* XII. *p.* 140.

(3) De Diaconissis autem vid. Tillemont. *l. c. Tom. VI. p.* 673. 819. &c. *Tom. X. p.* 231. &c. *Tom. XI. p.* 134. &c. et Thomassin. *d. P. I. Lib. III. c.* 50. &c.

Digitized by Google

necessitas urgeat, vel proprio alicuius ministerio (puta Parochiali) annectatur ius ea peragendi (4).

Ceterum Subdiaconos ad vigintiduorum annorum ætatem pervenisse (5), publice in Fidelium conventu esse denunciatos, Literis & iis, quæ ad Ordinem exercendum pertinent, instructos, examine probatos (6), ac *Titulum* habe-

---

(4) *Can.* 3. 34. &c. Conc. Carthag. IV. in *Tom. III. d. Collect. p.* 951. *et* 954. atque apud Gratian. *in Can.* 8. *D. XXIII. et in Can.* 9. &c. *Dist. XCV.* Gelasius I. Papa *Epist.* 9. *ad Episcop. Lucan. c.* 6. *in d. Coll. Tom. VIII. p.* 39. *et in Can.* 2. *ead. D. XCV.* Conc. Trid. *Sess. XXIII. c.* 15. *de ref.* Van-Espen *d. Cap.* 3. *n.* 13. &c. et Bingham *O. E. Lib. II. c.* 19.

(5) Conc. Trid. *d. Sess. XXIII. c.* 12. *de ref.*

(6) Vid. *Can.* 1. 2. *et* 20. *Conc. Hipponens. Can.* 3. *et* 22. Carthag. III. cum Sever. Binii. et Ballerinorum *not. in Tom. III. d. Collect. p.* 719. 880. 884. 899. 919. 922. *et* 932. a Gratiano relat. in *Can.* 2. *D. XXIV. et Can.* 7. *D. XXXVIII.* S. Leo M. *Epist. ad Ep. Maurit. c.* 4. *in Tom. V. d. Collect. p.* 1260. *&c. et in Can.* 5. *et* 8. *D. LXI. Tit.* 12. *Lib. I. Decretal.* ,, De scrutin. in ord.

Digitized by Google

re vel Beneficii, vel Patrimonii, vel Religiosæ paupertatis (7) oportet; Diaconos vigesimum tertium ætatis annum attigisse, atque in Subdiaconatus Ordine per annum se se occupasse; Presbyteros autem in Diaconatu mansisse per annum, viginti quinque annis natos, & ad docenda quæ scire Christiani debent, atque ad Sacramenta ministranda inito examine idoneos esse, statuitur (8).

---

fac. „ Justinian. *Nov.* 137. et Conc. Trid. *d. Sess. XXIII. c.* 7. 12. &c. *de ref.*

(7) Vid. Natal. Alexand. ad *Can.* 6. Conc. Chalced. *H. E. Sec. V. c.* 3. *art.* 13. §. 18. Conc. Trid. *Sess. XXI. c.* 2. *de ref.* Van-Espen. I. *E. U. P.* II. *Tit.* 9. *c.* 6. Petr. Leopoldi M. E. D. Lex *d.* 22. *Octobr. an.* 1776. et aliæ, quæ memorantur in *Encycl. d.* 7. *Januar. an.* 1780. *n.* 1. 12. &c.

(8) De iis, quæ Sacerdotes scire debent agit Gratianus *Dist. XXXVI. XXXVII. et XXXVIII.* Ac vid. Cælestini I. Papæ *Epist. ad Episcopos Apuliæ* &c. *n.* 1. &c. *in Tom. IV. Coll. Concil. Mans. p.* 469.

Digitized by Google

TITULUS VII.

De Parochis.

Unaquæque Urbis Rurisve pars, in qua sacra quædam ædes est constituta, ut Fideles ibi degentes ad sancta Religionis Mysteria Festaque celebranda conveniant, *Paræcia* dicitur, sacerque Minister Parœciæ ipsi præfectus, ut Sacramenta ministret, ac publica Religionis officia peragat, *Parochus*, vel *Curatus* ex Animarum, quam sub Episcopali solicitudine gerit, cura vocatur (1).

(1) Vid. *Can.* 77. Conc. Eliberitani an. 305. et ibi Ferdin. de Mendoza *Commentar. in Tom.* II. *d. Collect. p.* 18. *et* 387. *Can.* 13. Neocæsar. et *Can.* 14. Laodic. cum Sever. Binii *Not. Ibid p.* 541. 565. *et* 596. *Can.* 17. Chalcedon. *Ib. Tom.* VII. *p.* 366. ap. Gratian. in *Can.* 1. *X*VI. *q.* 3. et Tillemont, *H. E. Tom. XV. p.* 698. qui de Parochorum origine quoque agit *Tom.* VI. *p.* 237. &c. ubi de S. Alexandro Episc. Alexand. loquitur *art.* 12. *et Tom.* XIII. *p.* 364. *&c.* ubi de S. Augustino; ac Thomassin. *de. V. et N. E. D. P.* I. *Lib.* II. *c.* 21. &c. *et Lib.* III. *c.* 22.

Digitized by Google

Parochos ampliorem alias habuisse potestatem, Ecclesiasticarum Antiquitatum Scriptores advertunt (2). Sed hodierna Parochorum iura & officia sunt: Christianum Populum eorumdem curæ creditum Fidei Catholicæ Regulis imbuere, ac pro eo S. Sacrificium, festis præsertim diebus, offerre, concionare, catechizare, Sacramenta Fidelibus (excepto Chrismate, atque Ordine) ministrare, Decimas percipere, ubi adhuc eæ vigent, atque Oblationes, funebria officia persolvere, purificare puerperas, domos aquâ benedictâ adveniente Paschate aspergere, aliaque huiusmodi agere, quæ apud Juris nostri Peritos fusius exposita videre licet (3).

(2) Vid. Thomassin. *d. Lib.* II. *c.* 24. *et* 26. Bingham. Or. Eccl. *Lib. IX. c.* 8. §. 1. *in fin.* *et* Cap. *Cum ad Ecclesiarum de Off. Jud. Ord.*

(3) Barbosa *De Offic. et potest. Parochi*; Van-Espen *Jur. Eccl. Un. P.* I. *Tit.* 3. *et De Jure Parochorum* &c. *Operum P. IV. Tract.*

Digitized by Google

TITULUS VIII.

De Canonicorum Capitulis et Dignitatibus.

Olim ii proprie appellabantur *Canonici*, qui iuxta Chrodogangi Metensis Episcopi Regulam communem cum Episcopo ducebant vitam, eorumque cœtus vocabatur

---

6. Cabassutius *Jur. Can. Theor. et Prax. Lib.* I. *c.* 18. Schmier *Jur.* Can. Civ. *Lib. III. Tr.* 1. *P.* 3. *c.* 3 *et Supplem.* Cap. 2. &c. *Part. III.* De iis, quibus Beneficia parochialia per concursum sunt conferenda vid. Conc. Trid. *Sess. XXIV. c.* 18. *de ref.* Ac de Parochorum Etruriæ officiis, reditibus &c. plures quidem Leges tulit Petrus Leopoldus M. E. D. quæ recensentur in Encyclica eiusdem Principis ad Episcopos Etr. transmissa *d.* 7. *Januar. an.* 1780. et relata in *Cod. della Toscana Legislaz. Tom. XVI. p.* 5. &c. Videndæ quoque Leges *dd.* 10. *Jul. an.* 1781. 13. *et* 16. *Jul* 1782. 9. *Januar.* 1783. *Kal. Januar.* *et* 21. *Jun.* 1784. 14. *Maii* 1785. 26. *Sept.* 1788. 12. *Mart. et* 2. *Dec.* 1789. *et* 26. *Aug.* 1791. in d. Codice Senis edito *d.* T. *XVI. p.* 51. &c. 95. &c. 105. &c. 137. &c. *Tom.* XX. *p.* 27. &c. atq. alibi.

Digitized by Google

Capitulum (1). Postea vero licet plerique ipsorum seorsum vivere coeperint, eadem tamen in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis Canonicorum & Capituli nomina retinuere, hoc inter ipsos & adhuc in vita communi persistentes intercedente discrimine, quod illi *seculares*, hi *regulares* Canonici cum quadam verborum improprietate dicerentur.

Capitulum itaque *Cathedrale* hodie vocatur cœtus Clericorum, qui principalis Ecclesiæ, ubi Episcopi Cathedra vel præcipua sedes est,

---

(1) De origine Canonicorum vid. Tillemont ubi de S. Eusebio Vercellensi agit *art. 2. H. E. Tom. VII. p. 531. &c.* et ubi de S. Augustino *art. 89. Tom. XIII. p. 226. &c. 845. &c.* Natal. Alexander de Alipio Tagastensi Episcopo, de Hilario Arelatensi &c. loquens *H. E. Sec. V. c. 6. art. 3. et Sec. VI. c. 6. a. 4.* Chrodogangi regulæ summam exhibens *Sec. VIII. c. 5. a. 3. n. 4.* ac de aliis istiusmodi agens *Sec. IX. c. 4. art. 3. et seq.* Thomassin. *l. c. Lib. III. c. 9. &c.* Fleury *Hist. Eccl. Liv. 43. n. 37. et Disc. 8. n. 2.* ac Pelliccia *de Chr. Eccl. Polit. Lib. I. Sect. 2. c. 13.*

illustrioribus Dignitatibus, Præbendisque insigniti unum cum ipso Episcopo corpus componunt, ac veluti sacrum in Diœcesi regenda senatum constituunt; Episcopali vero sede vacante, Diœcesim ordinaria Jurisdictione moderantur (2). In Capitulis autem *Collegiatarum* Episcopi quidem locum plerumque obtinet *Præpositus*, *Prior*, aut qui primâ inter Canonicos Dignitate fulget; ac Diœceseos vicinia, cui Collegiata quæque præficitur.

Canonicorum omnium communia censentur iura & officia: Divinas Preces tam diurnas quam nocturnas publice in Aede sacra persolvere; Capitularibus adesse Congregationibus, ibique, si ad sacros Ordines promoti fuerint (3), suffragium ferre; Distributiones, & Beneficiorum, quibus fruuntur, re-

---

(2) *Cap. Cum olim* 14. *de Maiorit. et obed.* Van-Espen I. *E. U. P.* I. *Tit.* 7. &c. et Rieger *Jurispr. Eccl. P.* III. §. 222. &c.

(3) *Clem.* 2. *de æt. et qualit. præficiend.*

Digitized by Google

ditus percipere; præbere consilium & opem in Cathedralibus Episcopo, in Collegiatis Præposito vel earumdem Præsidi (4); ceteris præcedere Clericorum Congregationibus; aliaque huiusmodi gerere (5). Synodus autem Tridentina decrevit, ut in Cathedralibus Ecclesiis omnes Canonicatus & Portiones haberent adnexum Ordinem Presbyterii, Diaconatus, vel Subdiaconatus; ut Dignitates cum Animarum cura obtinentes essent viginti quinque annos nati; ut qui Cathedralium & Insignium Collegiatarum Dignitatibus quibuscumque decorarentur, ac pro dimidia saltem parte Canonici (ubi commode id fieri posset) Theologiæ vel Ca-

---

(4) Tit. 10. *Lib.* III. *Decretal.* „ De iis, quæ fiunt a Prælat. sine consensu Capit. „ et ibi Interpretes, Concil. Trid. *Sess. V. c.* 1. *Sess. XXIII. c.* 18. *Sess. XXIV. c.* 12. *Sess. XXV. Cap. 6. et* 10. *de ref.* atque alibi passim.

(5) De quibus vid. Van-Espen *l. c.* et *De Instituto et Offic.* Canonicor. *Opp. P.* Tr. 2.

nonum Doctores in aliqua publica Universitate designati essent; utque singuli ad proprium perficiendum munus idonei reipsa forent (6).

Propria vero quorumdam Canonicorum iura & officia non possunt agnosci, nisi variæ Capitularium Dignitatum, Præeminentiarum, Personatuum, & Officiorum species proponantur.

Præeminentia quidem generatim dicitur quævis in Ecclesiastica Hierarchia prærogativa, qua quis aliis præcellit; *Dignitas* est Præeminentia cum Jurisdictione; si Jurisdictio non adiungatur Præeminentiæ, Personatus; simplexque tandem *Officium* dicitur, si ministerium sacrum sine ulla Præeminentia sit, vel nuda meraque administratio (7).

---

(6) *Sess. XXII. c.* 2. *de ref. et Sess.* XXIV. *c.* 8. 12. 14. *et* 16. *de ref.* Vid. Thomassin. l. *c. P.* II. *L.* l. *c.* 53. et Petri Leopoldi M. E. D. *Encycl. dd.* 2. *Mart.* 6. *Jun. et* 13. *Jul. anni* 1782. 14. *Maii* 1785. *et* 14. *Apr.* 1787.

(7) De his vid. Schmier *Jur. Can. Civ.*

Digitized by Google

Inter eos, qui Præeminentiâ frui solent, Canonicos recensendi: *Scholasticus*, cuius olim erat in Cathedralium, Collegiatarumque Scholis iuniores docere Clericos, hodie vero Scholarum ipsarum regimini præesse debet (8); *Thesaurarius*, qui sacræ supellectilis, thesauri, chartarum, ipsorumque Templorum custodiæ præficitur (9); *Theologus*, qui publicas sacræ Scripturæ lectiones præsente Capitulo habere debet (10); *Pænitentiarius* audiendis

---

Lib. III. Tr. 1. *P.* II. *Cap.* 1. *n.* 10. &c. *et Cap.* 3. *n.* 59. Van-Espen I. *E. U. Part.* II. *Tit.* 18, *Cap.* 2. *et* 4. Franc. Florens *ad Tit.* 5. *Lib.* III. *Decretal.* „ De Præb. et Dignit. „ *Cap.* 5. &c. aliique adeumdem Titulum Interpretes.

(8) De Magistris, eorumque iuribus vid. *Lib. V. Decretal. Greg.* Tit. 5. *et Clementin.* Tit. 1. *in Septimo* vero Petr. Matthæi *Lib.* III. *Tit.* 5.

(9) Vid. Thomassin. *l. c. Part.* I. *Lib.* II. *Cap.* 103. *n.* 11. &c. *et Lib.* III. *c.* 70. *n.* 6. atque Schmier *Jur. Can. Civ. Lib.* I. Tr. 5. *c.* 6. *n.* 95. &c.

(10) Concil. Lateran. IV. relat. in *Cap. Quia* 4. *de Magistris* &c. et Trident. *Sess. V. c.* 1. *de ref.*

Digitized by Google

confessionibus destinatus (11); *Primicerius*, qui Choro præest, clericosque in psallendi canendique ordine dirigit (12); *Decanus* spiritualem Capituli & Cleri curam gerens, & nonnullis in Collegiatis Ecclesiis totius Collegii Caput ac Præses (13); *Archidiaconus*, qui ordinandos præsentat Episcopo, & pro vario locorum usu exigua quidem retinet amplioris, qua olim pollebat, Jurisdictionis vestigia (14);

(11) Conc. Trid. *Sess.* XXIV. *c.* 8. *de ref.* De antiquis autem Episcoporum Pœnitentiariis vid. Tillemont. ubi agit de S. Cypriano *H. E. Tom.* IV. *p.* 100. ac de S. Ambrosio *Tom.* X. *p.* 232. &c.

(12) Vid. *Lib.* I. *Tit.* 25. *Decretal.* „De Offic. Primicerii. „*Cap.* 8. *de Rescript. Cap.* 6. *de Consuetud. Can.* 1. §. 13. *Dist.* XXV. atque Thomassin. *d. Cap.* 103. *n.* 1. &c.

(13) Thomassin. *d. P.* I. *Lib.* II. *c.* 93. *n.* 18. &c. *et Lib.* III. *c.* 66. *n.* 15.

(14) Vid. *Tit.* 23. *Lib.* I. *Decretal.* „De Offic. Archid. „ *Can.* 1. §. 11. *D.* XXV. *Can.* 6. *D.* XCIII. *ac tot. Dist.* LXXXIX. *Can.* 15. &c. Synodi Syriac. an. 405. in *Tom.* VII. *Collect. Concil. Mans. p.* 1183. &c. Januarii *Tractat.* inter Opera Fr. Florentis *P.* I. Bingham. *Or. Eccl. L.* II. *c.* 21. et Thomassin. *d. Lib.* II. *c.* 17. &c.

Digitized by Google

Archipresbyter, qui Presbyterorum censetur primus, & Episcopo absente, in Divinis eius vicem gerit (15); atque *Præpositus*, qui primâ in plerisque Collegiatis, in quibusdam autem Cathedralibus secundâ post Episcopum dignitatis prærogativâ fulget, cunctisque Canonicis præfici solet (16).

---

(15) „ De Officio Archipresbyteri „ est *Tit.* 24. *Lib.* I. *Decretal.* ac vid. *d. Can.* 1. §. 12. *Dist.* XXV. *Can.* 20. *Dist.* LXIII. *Cap.* 7. *De Offic. Archid.* et Thomassin. *loc. cit. c.* 3. &c.

(16) Vid. Thomassin. *d. P. I. Lib. III. Cap.* 66. 69. *&c.* ac de omnibus Capitulorum dignitatibus &c. Van-Espen *I. E. U. P. I. Tit. XI. &c.*

Digitized by Google

TITULUS IX.

De aliis nonnullis Clericorum Collegiis.

In Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, præter Canonicorum Capitula, plures quoque sunt sacri Ministri, qui *Beneficiarii*, *Præbendati*, *Vicarii*, vulgo *Capellani* vocantur. Ii quidem Ecclesiæ, ubi Capellaniam, Præbendam, aut Beneficium obtinuere, plerumque addicti ad residentiam, non secus ac Canonici, tenentur, cum quibus Divinum Officium, aliasque sacri Ministerii ceremonias publice persolvere debent; atque inter eos primi recentiori quorumdam locorum instituto *Magistri Chori*, & *Ceremoniarum* distinguuntur (1).

(1) De Capellarum et Capellanorum origine, speciebus &c. vid. Pelliccia *Chr. Eccl. Polit. Lib. I. Sect. 2. c.* 8. Thomassin. *loc. cit. Cap. 70. n. 9.* Rieger *Jur. Eccl. P. III. §. 679. &c.* atque Natal. Alexand. *H. E.*

Digitized by Google

Alii vero in iisdem Eccleſiis inveniuntur iuniores miniſtri, qui nondum perpetuis donati Præbendis in prima Tonſura vel in minoribus conſtituti *Clerici* proprio nomine dicuntur; ac inferioribus peragendis officiis deſtinati vel ſuimetipſorum voluntate, vel Superiorum iudicio ab iis removeri poſſunt.

Sed ut Clericorum piæ rectæque conſuleretur educationi, ab antiquiſſimis usque temporibus Cleri Scholæ inſtitutæ ſunt, quarum in recentiori Eccleſiæ Diſciplina locum præcipue tenent *Seminaria*, ſive iuniorum Clericorum conventus, ubi ſimul viventes ab idoneis Magiſtris Præfectisque ſub Epiſcoporum cura tam ad pietatis, quam ad literarum officia inſtruuntur (2).

Sec. VII. c. 3. *art.* 8. *et Sec. VIII. c.* 2. *art.* 1. §. 5. ubi de *Can.* 14. Concil. Cabilonenſis an. 650. ac de *Can.* 10. Nicæni II. Oecumenici agit.

(2) Vid. ſupr. *Tit.* 4. *n.* 12. *et Tit.* 8. *n.* 8. *b. Lib.* Concil. Trid. *Seſſ. XIII. c.* 18.

Digitized by Google

His demum adiiciendæ Congregationes quædam Clericorum, qui cum vitam communem agant, ſed nec vota religioſa, nec ſolemnem Profeſſionem emittant, inter Regulares enumerari non ſolent; cuiuſmodi ſunt: *Oratorium Romanum* S. Philippi Nerii, *Oratorium Gallicanum* Petri Berullii, *Præsbyterorum Miſſionis* Collegium a Vincentio de Paulo congregatorum, *Oblatorum* cœtus a S. Carolo Mediolani inſtitutus &c. (3).

---

de ref. Fleury *Diſc. V. à l' Hiſt. Eccl. n.* 1. *&c.* 10. *et Diſc. X.* atque Thomaſſin. *De V. et N. E. D. Part. II. Lib. I. Cap.* 101. *n.* 3. *&c.*

(3) Thomaſſin. *l. c. Part. I. Lib. III. c.* 63. *n.* 14. *&c.* Van-Eſpen *I. E. U. P. I. Tit.* 33. *c.* 1. et Fleury *Inſt. Jur. Eccl. P.* I. *c.* 20. *n.* 8.

Digitized by Google

TITULUS X.

De ruralibus Ecclesiæ Ministris, Abbatibusque secularibus.

Diœcesis quælibet præter Urbem Ruris quoque partem continere solet, cui quidem olim præficiebatur *Chorepiscopus* (1); nunc autem in plures ea dividitur *Decanias*, quarum unaquæque Parœciis nonnullis, Curisve constat.

Ruris ergo Parochis præest *Decanus* vel *Archipresbyter Ruralis*, qui vulgo & *Plebanus* dicitur; eique ius est non modo Christianæ Plebis curam gerere, sed & in Parochorum ipsorum vitam & mores

---

(1) *Can. Quamvis 4. &c. Dist. LXVIII.* Petr. de Marca *Conc. Sac. et Imp. Lib.* II. *c.* 13. *&c.* atque inter eiusdem Dissertationes Tract. Rabani Mauri *de Chorepiscopis*; S. Basilii M. Epist. *in Tom.* III. *Collect. Conc. Mansi p.* 1227. *&c.* et apud Tillemontium *H. E. Tom. IX. p.* 120. *&c.* ubi de eodem S. Basilio agit *art.* 52. *ac Dissert.* 37. *et* 38. inter eas, quas Fr. Zaccaria adiecit *ad Part.* III. *Discipl. Pop. Dei* Cl. Fleuryi.

inquirere; statutis temporibus sibi subiectas visitare Parœcias, Parochis aliisque Decaniæ Clericis ministrare Sacramenta, funebria illorum officia persolvere, aliaque agere huiusmodi: quæ tamen a varia locorum consuetudine ut plurimum pendent (2).

Abbatis nomen non nisi Monachorum Superioris proprium antiquitus fuit: verum cum deinde Clericis, qui nullam profitebantur Regulam Monasticam, Abbatiæ in commendas tradi coeperint, eodem *Abbatis* titulo Commendatarii quoque isti sunt decorati, utque a Regularibus discernerentur, dicti sunt

---

(2) Vid. *Cap. ult. de Off. Archipr. Can.* 13. Concil. Neocæsar. *in Tom.* II. *d. Collect. p.* 541. et apud Van-Espenium in *Tract. Hist. Can. P.* II. *c.* 1. §. 9. qui de his quoque agit in *Tit* 6. *P.* I. *Jur. Eccl. Univ.* Ac de iuribus, quibus apud nos medio ævo fruebantur Plebani, vid. *Præfat.* Operis Italici, cui titulus „ Congetture d' un Socio Etrusco sopra una Carta papiracea &c. Edit. Florent. an. 1781. et ibi allata *Monumenta n.* 4. 5. *et* 6.

Digitized by Google

Seculares. Quod & de *Prioratu seculari* a regulari distincto intelligendum, ita ut *Abbas* aut *Prior secularis* dicatur ille, qui Beneficium Ecclesiasticum obtinet cum Abbatiæ Prioratusve titulo (3). Eiusmodi vero Beneficiarii quadam etiam in Ecclesiis ad ea Beneficia pertinentibus pro variis locorum usibus potestate ac iurisdictione fruuntur (4).

---

(3) Vid. *Cap. 3. de Renunciat.* et ibi Glossa v. *Abbatis*, *Cap. 5. de Præb. et Dignit. in VI.* et ibi Glossa *v. Prioratus*; Fagnanus, Anacletus, aliique Interpretes ad *d. Titul. de Præb. &c.* Van-Espen I. *E. U. Part.* I. *Tit. 31. c. 7.* et Thomassin. *d. Part.* I. *Lib.* III. *c. 68. n. 13.* ac *P.* II. *Lib.* III. *c. 10. &c.*

(4) De aliis Ecclesiasticis dignitatibus, quæ vel apud Græcos nominibus indicantur *Scevophylacis*, *Magni Oeconomi*, *Chartophylacis*, *Exocatacælorum &c.* vid. Thomassin. *d. Part.* I. *Lib.* II. *Cap. 99. n. 4. &c. et c.* 114. *n.* 16. Pelliccia *De C. E. P. Lib.* I. *S. 2. c. 5.* Bingham. *O. E. Lib.* III. *c. 13.* §. 3. Ac de inferioribus Prælatis, qui Jurisdictionem quasi Episcopalem in quasdam Ecclesias vel Personas exercent, Jo. Devoti *Inst. Can. Lib.* I. *Tit.* 3. §. 47. *&c.*

Digitized by Google

TITULUS XI.

De Episcopis.

E*piscopi* sunt, quibus Apostolorum vicem gerentibus Christiani Populi quavis in Civitate ac vicina Regione degentis spiritualis cura cum plenitudine Sacerdotii præcipue committitur; iisque ceteri Diœceseon Ministri ordinario iure subiiciuntur (1).

Ad ea, quæ *interiora* dicun-

---

(1) Vid. *Can.* 38. *Apostol. in Tom.* I. *Collect. Conc. Mansi p.* 38. *Can.* 41. 42. *et* 57. Conc. Laodic. *Tom.* II. *Ib. p.* 572. *&c. Can.* 8. *&c.* Carthag. an. 390. in *d. Collect. Tom.* III. *p.* 695. *Can.* 13. *et* 18. Chalcedon. *Tom. VII. p.* 363. *Ibid. et in Can.* 7. *D.* 71. ap. Gratian. *Can.* 1. Andegavens. an. 453. *Can.* 11. *&c.* Turonensis I. an. 461. *Can.* 5. *&c.* Venetici an. 465. *in d. Tom. VII. p.* 900. 946. *et* 953. *&c.* Epistt. Cœlestini I. Papæ ad Episc. Galliæ in *Tom. IV. d. Collect. p.* 455. et Hilari Papæ ad eosdem *n.* 3. *in Tom. VII. p.* 936. *Ibid.* Thomassin. *loc. cit. P.* I. *Lib.* I. *c.* 4. Bingham. *O. E. Lib.* II. *c.* 2. *et* Rieger *Jur. Eccl. P.* I. §. 15. *&c.* 59. &c. 76. &c. 141. &c. *ac P.* II. §. 217. &c.

Digitized by Google

tur, Episcoporum Jura & Officia redigi possunt Sacramentorum omnium, speciali autem ac proprio iure Confirmationis & Ordinis, administratio; Chrismatis, Oleique infirmorum, baptizandorumque, Altarium, ac Templorum consecratio; Regum & Reginarum unctio; Abbatum Abbatissarumque benedictio; consecratio Monialium; prædicatio; contaminatarumque sacrarum Aedium expiatio (2).

Inter *exteriora* vero censentur Judicia, quæ ad Religionem directe, pertinent, vel ad Ecclesiasticas Personas; Diœcesanarum Synodorum convocatio, iisque præsidendi ius; Dispensatio in quibusdam casibus ab Jure vel Consuetu-

(2) Hæc Officia quoque *Ordinis* appellant Juris nostri Consulti, eo quod Episcopi vi sacræ Ordinationis ea peragant, adeoque nonnisi Consecrati istiusmodi munia obire possint. Cetera, quæ sequuntur, Officia *Jurisdictionis, ac Legis diœcesanæ* vocantur, eaque vel confirmati solum Episcopi absolvunt *Cap.* 15. *et* 17. *De Elect.*

dine præfinitis; Beneficiorum iuxta præscriptas in Jure novissimo Regulas collatio; ius Concilia quævis cum Provincialia, tum Nationalia, & Oecumenica quoque adeundi; Statuta condendi pro variis Dioeceseon conditionibus; Dioecesim visitandi; ac Religiosas domus, præsertim Monialium, dirigendi (3); Hospitalium, piorumque locorum, & miserabilium personarum cura; Ecclesiæ bonorum administratio; perceptio quorumdam Episcopalium proventuum, veluti *Cathedratici*, *Synodatici &c.* (4); omniaque demum peragendi ius, quæ ad Christianam regendam Plebem sunt necessaria (5).

---

(3) „De Religiosis domibus ut Episcopo sint subiectæ„ est in *Lib.* III. *Decretal. Tit.* 36. apud Gregor. *Tit.* 17. *in VI.* Tit. 11. *in Clementin. Tit.* 7. *inter Extravag. Joan. et Tit.* 9. *inter Comm.*

(4) De quibus agemus *Inf. Lib.* II. *Tit.* 22.

(5) Vid. Nat. Alexand. *Diss.* 4. *in H. E. Sec.* I. *et ibi Schol.* 2. 3. 5. atque *Animadv.* Roncagliæ.

Episcoporum quidem non unus est in Ecclesia gradus; alii enim puri sunt, qui proprie ita dicuntur, *Episcopi;* alii *Metropolitani*, vel *Archiepiscopi;* alii *Exarchi*, vel *Primates;* alii *Patriarchæ &c.* Inter eos autem nonnulli quoque inveniuntur, qui licet Episcopali, Primatiali, vel Patriarchali titulo, & dignitate fruantur, Jurisdictionis tamen exercitio reipsa carent, propterea que *Titulares* appellari solent, vel *in Partibus*, eo quod cum ipsorum Diœceses, Provinciæ &c. in partibus vel locis sint Infidelium imperio subiectis, ad easdem regendas accedere nequeunt; ac Romæ ut plurimum quorumdam Beneficiorum donati reditibus, vel opitulante Summi Pontificis largitate, vitam ducunt (6).

---

(6) Fleury *Disc. VI. à l' Hist. Eccl. n.* 9. Thomassin. *De V. et N. E. D. Part.* I. *Lib.* I. *c.* 26. &c. Pelliccia *De C. E. P. Lib.* I. *Sect.* 2. *c.* 10. *et* Rieger *d. Part.* II. §. 550. &c.

Digitized by Google

TITULUS XII.

De Metropolitanis.

Pluribus simul iunctis Diœcesibus Provincia quælibet constat, in qua *Metropoleos*, vel primæ Urbis Antistes ceteris Episcopis præest, ac *Metropolitanus* vel *Archiepiscopus* dicitur. Ei quidem amplissimam veteres Canones potestatem tribuerunt (1); sed mutatâ Ecclesiæ Di-

(1) Vid. *Can. Apostol.* 33. cum Sever. Binii *not. in* Tom. I. *Collect. Conc. Mans. p.* 35. 61. &c. *Can.* 14. -- 20. Conc. Antiocheni in Tom. II. *p.* 1314. &c. *Ibid.* et apud Gratian. in *Can.* 4. *Dist. XVIII. Can.* 3. *D. LXV. Can.* 5. -- 8. *D. XCII. et Can.* 1. *VI. q.* 4. *Can.* 3. *et seqq.* Sardicens. *in d. Collect.* Tom. III. *p.* 7. &c. *Append. Epist.* Siricii Papæ ad Himerium *p.* 661. &c. *ibid. Epistt.* Innocentii I. ad Victricium *Cap.* 1. relat. in *Can.* 5. *Dist. LXIV.* atque Cœlestini I. ad Episc. Viennens. &c. in *d. Tom.* III. *p.* 696. *ac* 1033. et apud Tillemont. *H. E. Tom. X. p.* 632. &c. Tom. *XIV. p.* 150. &c. Bingham. *O. E. Lib.* II. *c.* 16. ac Thomassin. *d. Part.* I. *L.* I. *c.* 3. *et* 39. &c.

Digitized by Google

sciplinâ, deinceps valde imminuta est eorumdem auctoritas.

Præcipua, quibus nunc pollet, Jura Metropolita, sunt Concilium Provinciale convocandi ac dirigendi; nec non perlustrandi, visitandique Provinciam, caussâ tamen in Synodo Provinciali cognitâ & probatâ (2); is etiam Fidelibus vel in locis Provinciæ exemptis benedicit; Clericos a Provincia expellere potest; Episcopos Provinciæ corrigit, eorum absentiæ caussas discutit, ipsorumque supplet negligentiam (3); appellationes recipit a Suffraganeorum sententiis; negligentiam supplet Capituli, quod post mortem Episcopi Vicarium intra octo dies (4) non elegerit, non secus ac Regularium, qui remissiores fuerint vel in Parœciis ad-

---

(2) Conc. Trid. *Sess.* XXIV. *de ref.* *Cap.* 2. *et seq.*

(3) *d.* *Cap.* 2. Concil. Trid. et *Sess.* XXIII. *c.* 1. *de ref.*

(4) D. Concil. Trid. *Sess.* XXIV. *c.* 16. *de ref.*

miniſtrandis, vel in conſtituendis Viſitatoribus, vel in ſuis perficiendis Congregationibus; & providere debet, ut commune duabus pluribusve Cathedralibus erigatur Seminarium, ſi unaquæque ipſarum idoneis ad illud conſtruendum reditibus deſtituatur (5).

Præter cetera Pontificalia ornamenta, quæ cunctis Epiſcopis communia ſunt, proprium Archiepiſcoporum & ſuperiorum Antiſtitum cenſetur *Pallium*, ideſt candida quædam lanea faſcicula tres aut quatuor digitos lata, & nonnullis contexta crucibus, quæ humeris imponitur, & ex ea pendent eiuſdem generis aliæ faſciculæ, quæ ſupra pectus tergumque extenduntur. Id tres intra menſes a die conſecrationis petitum Summus

(5) Vid. præcit. Conc. Trid. *Seſs. V. c.* 2. *de ref. Seſs.* XXIII. *de ref. c.* 18. *et Seſs.* XXV. *de regular. c.* 8. Van-Eſpen I. *E. U. Part.* I. *Tit.* 19. et Rieger I. *E. Part.* I. §. 129. &c.

Digitized by Google

Pontifex Metropolitanis, Primatibus, Patriarchis, & quibusdam tantum ex privilegio Episcopis, veluti Herbipolensi, Podiensi, & Aretino, tradere solet; iique Pallio solemnioribus diebus, atque in propriis solum Ecclesiis sacra perficientes utuntur, & cum eo sepeliri debent (6).

Crux autem intra Provinciæ fines coram Metropolita gestari solet; quemadmodum alii superiores Præsules in locis sibi subiectis eodem privilegio uti possunt (7).

---

(6) Vid. *Dist*. C. et in *Lib*. l. *Decretal. Greg*. T*it*. 8. et *Extravag. Commun*. T*it*. 4. „ De usu et auctorit. Pallii „ Atque ad eum Tit. Franc. Florentis, Anacleti, aliorumque Interpretum Commentaria.

(7) Thomassin. *d. P*. l. *L* ll. *c*. 59. Pelliccia *de* C. *E. P. Lib* l. *S*. 4. *c*. 6. §. 3. et Van-Espen *d*. T*it*. 19. *c*. 5. *n*. 8.

Digitized by Google

TITULUS XIII.

De Primatibus, Exarchis, & Patriarchis.

Cum Romanum tam Orientis quam Occidentis Imperium in quasdam distribueretur partes, quarum unaquæque pluribus constabat Provinciis, ac *Diœcesis* vocabatur; eius quidem Urbis, quæ præ ceteris in Diœcesi qualibet eminebat, Episcopus *Exarchus* apud Græcos, apud Latinos autem *Primas* appellari consuevit (1).

Eiusce Præsulis quondam officia fuere, uniuscuiusque veteris, cui præficiebatur, Diœceseos, aut post discerptum Romanum Imperium cuiusvis Regni vel Nationis

---

(1) Vid. Berterius *Diatrib. de Rom. Imperio in Tom. IV. Thes. Ottonis p.* 789. De Marca *Dissert.* 2. *de Primatu Lugdun. &c. ac Diss.* 3. *de CP. Patriarch.* Thomassin. *V. et N. E. D. Part. I. Lib. I. c.* 17. *&c.* atq. Bingham. *O. E. Lib. II. c.* 17. §. 2. *et Lib. IX. c.* 1. *&c.*

Digitized by Google

Concilia convocare (2); Metropolitanos ordinare, & Episcopos confirmare ante illorum consecrationem (3); curare ut Canones in locis propriæ Jurisdictioni subiectis observarentur; Episcopis, Archiepiscopis, aliisque sacris Ministris peregrinantibus præbere *Formatas*, vel communicationis Epistolas (4);

---

(2) *L.* 23. *Cod. Theod. de Episc. Eccl. et Cler.* ibique Jac. Gothofredi *Commentar. Tom. VI. P. I. p.* 61. *&c.*

(3) *Can.* 11. *&c.* Conc. Carthag. an. 390. sub Genethlio, et *Can.* 45. Carthag. III. an. 397. relat. in *Cod. Afric. n.* 55. atque in *Tom. III. Coll. Concil. Mans. p.* 748. de quibus vid. Tillemont. *H. E. Tom. VI. p.* 159. *Tom. XII. p.* 559. *&c. et Tom. XIII. p.* 307. S. Leo M. Papa in *Epist. ad Episcopos Illyr. c.* 4. *et ad Anastasium Thessalon. c.* 5. *d. Collect. Tom. V. p.* 1232. *&c. et* 1282. ac Cœlestinus I. apud Tillemont. *l. c. Tom. XVI. p.* 150.

(4) Vid. *Cann. Apostol.* 12. *et* 32. vel 13. *et* 34. ex versione Dionysii Exigui cum Sever. Binii *not. in Tom. I. d. Collect. p.* 31. 35. 52. 54. *et* 60. *Can.* 7. *&c.* Conc. Antiocheni in *Tom. II. Ibid. p.* 1311. et apud Gratian. *in Can. ult. Dist. LXXI. Can.* 27. Hipponens. an. 393. et *Can.* 28. Carthag. III. in *d. Collect. Tom. III. p.* 752. *et* 923. De

Digitized by Google

& appellationes ab inferiorum Præſulum Tribunalibus admittere: quæ tamen, aliaque ipſorum iura cum deſuetudine pene interierint, eadem hic minime proſequemur. Id tantummodo non omittendum, quod præter maiores illos, de quibus diximus, antiquarum Diœceſeon Primates, alii etiam celebrium quarumdam Urbium Antiſtites deinceps hoc titulo, quamvis non iiſdem ſane iuribus, decorati fuere (5).

quibus agit quoque Tillemontius *H. E. Tom. XIII. p.* 181. 302. *et* 453.

(5) Vid. Thomaſſin. *l. c. Cap.* 37. *&c.* Natal. Alexand. *H. E. Sec. VI. c.* 6. *a* 2. *et Sec. VIII. c.* 5. *art.* 1. De Salernitano autem Epiſcopo anno 1099. Lucaniæ *Primatis* titulo ab Urbano II. donato Jannonius *Hiſt. Civ. Neapolit. Lib. VIII. c.* 6. ac de Piſano, qui eodem in Corſicæ et Sardiniæ Inſulas iure gaudet, videndæ Bullæ tam eiuſdem Pontificis Urbani II. an. 1092. quàm Innocentii II. an. 1138. Alexandri III. an. 1161. vel 1176. Innocentii III. an. 1198. aliorumque Summorum Pontificum apud Joſ. Martinium in *Theatr. Baſilicæ Piſ. Cap.* 11. et Ant. Fel. Matthæium Publicum in Acad. Piſana Theologiæ Dogmat. Profeſſorem *Diſſ. ad Hiſt. Eccleſ. Piſ. Cap.* 2. *&c.*

Digitized by Google

Patriarcharum nomine primi atque illustriores Orbis Christiani Præsules designantur. Unicum in Occidente Patriarcham Romanum Episcopum, quatuor autem in Oriente, Constantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, & Hierosolymitanum, Veteres agnoverunt (6); sed recentior usus alios quoque minores Patriarchas admisit (7).

---

(6) *Can.* 6. *&c.* Conc. Nicæni I. cum Labbei, Binii &c. notis in *Tom. II. Collect. Concilior. Mans. p.* 670. *&c.* 687. *et* 735. *&c.* atque apud Espenium in *Tract. H. Can. Part. II. c.* 1. §. 7. *Can.* 3. CPni I. juxta ordinem Græcorum, vel *Can.* 2. ex versione Exigui, vel *Can.* 5. ex Mercatore, quem sequitur Gratianus in *Can.* 3. *Dist. XXII.* ad quem videndi *Correctores Romani*, Espenius *l. c.* §. 13. et Sever. Binius in *Tom. III. d. Coll. p.* 559. *&c. et Can.* 28. Calcedonensis cum Ballerinorum *admonit.* 16. *in Tom. VII. Ibid. p.* 370. *&c.*

De Romano autem Patriarchatu in specie agit Pelliccia *C. E. P. Lib. I. Sect.* 4. *c.* 4. §. 1. Atque Patriarcharum CPleos, Alexandriæ, Antiochiæ, et Hierosolymorum Indicem chronologicum exhibet Douiatius in *Append. ad Prænot. Can. Cap.* 4. *&c.*

(7) De Armenorum Patriarcha vid. Ano-

Digitized by Google

Inter veterum Patriarcharum iura numerantur a Canonici Juris Consultis Metropolitarum, & nonnumquam Episcoporum etiam Ordinationes, Judicia, Translationes &c. (8); Patriarchalium Synodorum coactio & regimen (9); maiorum caussarum ab inferioribus Prælatis aut Synodis ad ipsos per appellationem delatarum decisio;

---

nymus Latinus Interpres *Can.* 27. Synodi Syriacæ an. 405. in *Mansianæ præcit. Collect. Tom. VII. p.* 1185. *&c.* De Patriarchis Aquileiensi, Ulyssiponensi, Maronitarum, Bulgarorum &c. Thomassin. *d. P. I. Lib. I. c. 7. &c.* 22. *&c.* Pelliccia *l. c.* §. 6. Et de Russorum Patriarcha Levesque *Hist. de Russie* ubi de Petro I. agit *Tom. IV. p.* 244 &c.

(8) Vid. Epist. Innocentii I. Papæ ad Alexandr. Antiochen. et *Epistt. 67. ac 76.* Synesii apud Tillemontium *H. E. Tom. X. p.* 654. &c. *et T. XII. p.* 549. Natal. Alexandr. *H. E. Sec. IV. c. 5. a.* 1. *Diss.* 20. *et* 38. *art.* 4. ubi agit de *Can.* 6. Conc. Nicæni I. ac de Jurisdictione Patriarchæ Constantinopolitani; De Alexandrini vero Patriarchae iure quoad Episcoporum ordinationes vid. Rieger *I. E. Part. I.* §. 124.

(9) Natal. Alexand. *Diss. 4. in Secul.* IX. &c. §. 22. ubi loquitur de *Can.* 17. Concilii VIII. Oecum.

Digitized by Google

graviorum criminum absolutio; Archiepiscoporum, Episcoporumque correctio, & inquisitio in eorumdem administrationem; ab iis insuper ordinarie appellare non licuit; Metropolitani consilium in rebus alicuius momenti, Palliumque ab illis expetere debebant; unanimis inter antiquos Patriarchas de Fide consensus veluti firmissimum habebatur Catholici Dogmatis indicium; ipsorum singuli aliorum invicem nomina recitabant in sacris Diptychis (10); Oecumenicis Synodis per se aut per Legatos necessario aderant, primique in illis sedebant; & Crucem ante se ubique Terrarum Orientales Patriarchæ gestare poterant, nisi vel summus adesset Pontifex, vel eiusdem Legatus *a latere* utens Insi-

---

(10) De veterum Diptychis vid. Bonarroti *Osservaz. sopra tre Dittici antichi d' Avorio* &c. Zaccaria *Biblioth. Ritual. Lib. I. c. 3.* et Pelliccia *Chr. Eccl. Pol. L. II. Sect. 2. c. 10. §. 10.* &c.

gnibus Apostolicæ dignitatis (11).

Verum hæc & istiusmodi alia privilegia Romanus quidem Episcopus integra etiamnum retinet; sed Orientales propter amissum a Christianis Orientis Imperium plerisque ipsorum uti nequeunt; ac minores denique Patriarchæ iis tantum fruuntur iuribus, quæ vel ex Apostolicis Privilegiis, vel ex Consuetudine obtinuerunt.

---

(11) Concil. Lateran. IV. relatum in Cap. *Antiqua* 23. *De Privileg.* De his autem, aliisque huiusmodi veterum Patriararum iuribus agunt Thomassinus *d.* Cap. 7. &c. Binghamus *Or. Eccl. Lib.* II. *c.* 17. Pelliccia *l. c. Lib.* I. *Sect.* 4. *c.* 4. Fr. Florens *ad Tit. Decretal. de Elect.* atque ad Cap. 9. *de Offic. Jud. Ord.* Rieger *Jur. Eccl.* P. I. §. 113. &c. et Schmier *Jurispr.* Can. Civ. *Lib.* I. *Tr.* 5. Cap. 4. *Sect.* 2. *n.* 36. &c.

Digitized by Google

TITULUS XIV.

De Cardinalibus.

Licet quoad ordinem *Cardinales*, qui Episcopatu non sunt insigniti, Episcopis cedere debeant; si tamen eorum amplitudo & fulgor præ oculis habeantur, cum ii sint Romani Pontificis adiutores & consiliarii, primos post Papam dignitatis gradus in præsenti Ecclesiæ Disciplina tenere censentur (1).

Initio quidem vel Presbyteri tantum fuere Cardinales vel Diaconi, qui veterum Parœciarum Romæ titulis iuribusque fruebantur. At progressu temporis iis quidam

---

(1) Vid. Onuphr. Panvinius *De Episcopatib. Titul. et Diacon. Card.* Thomassin. *V. et N. E. D. Part.* I. *Lib.* II. *c.* 113. &c. Pelliccia C. *E. P. Lib.* I. *Sect.* 2. *c.* 4. §. 1. *et Sect.* 4. *c.* 3. Van-Espen *I. E. U. P.* I. *Tit.* 22. *c.* 1. &c. Rieger *Jur. Eccl. P.* II. §. 502. &c. et Schmier I. C. C. *Lib.* I. *Tr.* 5. *c.* 4. n. 71. &c.

Digitized by Google

ex vicinioribus Urbi Episcopis (2) adiecti sunt; & nonnumquam hoc titulo decorati etiam Diaconatu inferiores Clerici, qui tamen in Summi Pontificis electione ferendi suffragii iure minime gaudent, nisi a Papa id specialiter illis concessum fuerit. Cum vero pro variis temporum conditionibus maior minorve fuerit ipsorum numerus, eos Sixtus V. septuaginta esse constituit (3); ac veste pileoque purpureo, *Eminentiæ* titulo, aliisque dignitatis insignibus iidem ab aliis Pontificibus donati fuere (4).

Viventi Romano Præsuli Cardinales varia exercentes officia, & in plures distributi Congregationes

---

(2) Nempe *Ostiensis*, cui coniunctus est Episcopatus *Veliternus*, *Portuensis*, *cui S. Rufinæ* seu *Silvæ candidæ* Episcopatus adiectus, *Albanus*, *Prænestinus*, *Sabinus*, *et Tusculanus*, de quibus vid. Panvin. *l. c.*

(3) Const. *Postquam verus*.

(4) Vid. *Cap. His quæ* 11. *de Maior. et obed. Cap.* 3. *de Elect. in* VI. *Clement.* 2. *Eod.* et Constit. Clementis XII. quae incipit *Apostolatus*.

in regenda Eccleſia opem ferunt; eo vero mortuo, præcipuum eorum munus eſt novi Pontificis electio, qui duabus concurrentibus tertiis partibus ſuffragiorum Cardinalium tum temporis in *Conclavi* præſentium, non vocatis abſentibus, ſed iis per decem tantum dies expectatis, ex eorumdem cœtu eligi debet (5). Ut autem ad id ipſi attentius incumbere poſſint, omnia eorum officia extinguuntur, *Camerario*, & *Pœnitentiario* tantum exceptis; nec aliis niſi prorſus neceſſariis negotiis eo tempore iiſdem vacare licet (6).

(5) Quoad formam electionis Rom. Pontificis vid. *Can.* 1. *Dist.* XXIII. *Can.* 1. &c. *Dist. LXXIX.* *Cap. Licet* 6. *de Elect.* *Cap.* 3. §. 1. *Eod. in* VI. *Clement.* 2. *Eod.* Bulla Pii V. *In eligendis* an. 1562. Conſtitt. Gregorii XV. ann. 1621. et 1625. quae incipiunt *Æterni Patris*, ac *Decet Rom.* et d. Conſtit. *Apoſtolatus* Clementis XII.

(6) Indicem alphabeticum Cardinalium invenire eſt initio Tractatus editi Venet. an. 1744. cui titulus *Vite dei Pontefici* &c. ac de ſingulorum Cardinalium vitis et rebus

TITULUS XV.

De Summo Pontifice.

Patriarcharum omnium, Primatum, Episcoporum, & Sacerdotum primus & caput est Summus Romanus Pontifex, cui tamquam legitimo S. Petri successori, & supremo Christi Vicario Dominici pascendi Gregis cura in primis committitur (1).

---

gestis agit Alphons. Ciacconius, cuius opus a Victorello, Cabrera, Aleandro, Wadingo, Oldoino, Guarnaccio, De Cinque, Fabrinio &c. ad nostra usque tempora continuatum fuit; qua de re vid. *Vitæ et res gestæ Summorum Pontificum et S. R. E. Cardinalium ad* Ciacconii *exemplum continuatæ* &c. Edit. Romae an. 1787.

(1) *De Primatu Romanæ Eccl.* vid. antiq. *Tractat. in Tom.* I. *Collect.* Concil. *Mans. p.* 71. &c. *et ibi not. p.* 77. S. Leonis M. *Epistt. ad Episcopos Illyr. ad Anastasium Thesalon. ad Episc. Viennens. ad Theodoretum* &c. *in d. Collect. Tom. V. p.* 1231. &c. P. Coustant. in *Præf. ad Epistolas Romanor.* Pontif. P. I. Petr. de Marca *Conc. Sac. et Imp. Lib.* I. *c.* 2. *et seqq.* ac *Dissert.* 1. *de singulari Primatu* Petri; Van-Espen I. *E. U. Part.* I.

Ei quidem communi Jure omnes reservantur Cauſsæ, quæ *maiores* dicuntur (2), veluti criminalia Episcoporum Judicia, in quibus depositionis pœna vel eâ maior infligenda (3); eorumdem translationes ac permutationes; novorum institutiones Episcopatuum, illorumque abolitiones, uniones &c; alicuius momenti dispensationes (4); exemptiones ab Ordinariis; confirmationes Abbatum, Episcoporum, aliorumque superiorum Antisti-

---

Tit. 15. *c.* 2. Schmier *Jur. Can. Civ. Lib.* I. *Tr.* 5. *c.* 2. Rieger I. *E. Part.* I. §. 102. &c. & Zaccaria *Bibl. Ritual. Dissert.* 1. *c.* 4. &c

(2) Thomassin. *De. V. et N. E. D. Part.* I. *Lib.* I. *c.* 5. &c. et Van-Espen I. E. *U. Part.* III. *Tit.* 3. *c.* 4. *n.* 26. &c.

(3) Concil. Sardicens. *Epist. Synod. ad omnes Episcopos, et Epist. ad Eccl. Alexand. in Tom.* III. *d. Collect. p.* 51. *et* 58. ubi de caussa S. Athanasii agitur, et *Epist.* 15. Gelasii I. *ad Episcop. Orient. Tom.* VIII. *p.* 81. &c. *Ibid.*

(4) De quibus tamen apud nos vid. *Encycl. dd.* 7. *Januar. et* 14. *Nov. an.* 1780. *n.* 15. atque 8. *Januar. an.* 1781. quæ referuntur in *Cod. della Tosc. Legislaz. Tom.* XVI. *p.* 5. &c. 45. &c.

tum; graviorum nonnullorum criminum absolutiones; & quorumdam provisiones Beneficiorum. Eius insuper est resignationes Beneficiorum admittere, Sanctos canonizare, approbare Ordines Regulares, Generalia convocare Concilia, iisdem præesse, illorumque interpretari constitutiones, Morales, Dogmaticas, & Disciplinæ quæstiones definire; atque aliis quoque iuribus Papa gaudet, de quibus suis opportune locis dicendum (5).

Quoad superiores quoslibet Præsules, id generatim summopere commendant, exiguntque Canones,

(5) Ex. gr. de Exemptionibus ab Ordinaria Potestate agemus *Tit.* 22. *h. Lib. et Tit.* 1. *Lib.* III. De confirmandis Episcopis &c. *Tit.* 18. *Lib.* II. De absolutionibus et Indulgentiis *Tit.* 22. *Lib.* IV. De Beneficiorum Provisionibus, ac Resignationibus *Titt.* 16. *et* 20. *Lib.* II. De Regularium Ordinum approbatione *Tit.* 19. *h. Lib.* Interim vero videndus prael. Van-Espen de his fuse agens *l. c.* P. I. *Tit.* 13. *c.* 4. *n.* 12. *Tit.* 14. *c.* 1. &c. *Tit.* 22. *c.* 5. *n.* 3. *c.* 7. *n.* 9. *Tit.* 24. *c.* 2. *n.* 13. P. II. *Tit.* 24. &c. *Tit.* 27. *c.* 1. &c. *et* P. III. *Tit.* 12.

Digitized by Google

ut maiori etiam, quam inferiores quicumque Ministri, virtute scientiâque polleant. In specie autem Episcopos antiquissimæ non secus ac recentiores Ecclesiæ Constitutiones annis triginta minores esse vetuerunt (6); saltem ante sex menses in sacris eos constitutos esse oportet, ab omni censuræ vinculo solutos, ac diligens circa illorum a Canonibus præscriptas qualitates examen institui debere iussit Concilium Tridentinum (7): quibus procul dubio dotibus & Cardina-

(6) Cap. *Cum in cunctis* 7. *de* Elect. Pellicia *Chr.* Eccl. *Pol.* *L.* I. *Sect.* 2. *c.* 9. §. 2. et Schmier I. C. C. *Lib.* I. Tr. 3. *c.* 1. *n.* 178. &c.

(7) *De ref. Sess.* VI. *c.* 1. *Sess.* VII. *c.* 1. &c. *Sess. XX*II. *c.* 2. *et Sess. XXIV.* *c.* 1. Vid. quoque Cœlestini I. Papae E*pistt. ad* E*pisc. Gall. n.* 3. *et ad* E*pisc. Apul. n.* 2. *in* Tom. IV. C*oll.* C*oncil. Mansi p.* 465. &c. *et* 469. atque apud Gratian. in C*an.* 4. *D. LIX. et* C*an.* 7. *D.* LXI. C*an.* 10. Concil. Sardicens. *in* T*om.* III. *d.* C*ollect. p.* 14. C*ap. A multis* 9. *De æt. et qualit.* &c. Bingham. *O.* E. L*ib.* II. *c.* 10. et Van-Espen *d.* P*art.* I. T*it.* 14. *c.* 2. &c.

Digitized by Google

les, eoque magis Summum Romanum Pontificem præditos esse, decet (8).

---

(8) Summorum autem Pontificum historiam scripserunt (praeter Ciacconium, et alios, de quibus egimus *n.* 4. *Tit. præced.*) Anastasius Bibliothecar. quique ante illum fuere *Libri Pontificalis* anonymi Auctores, de quibus vid. Franc. Blanchinius in eruditissima *Præf. ad Anastas. de vitis Romm. Pontif.* Edit. Rom. ann. 1718. Platina, Panvinius, et alii, quos recenset Douiatius *Lib. V. Præn. Can. c.* 12. qui eorumdem Pontificum quoque Indicem alphabeticum exhibet in *Append. ibid. c.* 3. Iisque Scriptoribus adiiciendi Stringa, Cicarellus, Bzovius, Baratta, Brusonius, Jos. Novaes &c. quorum exstant opera Italica: *Vite dei Pontefici Ed. Venet. an.* 1744. et *Elementi della Stor. dei Sommi Pontef.* Edit. Romae an. 1776. &c.

Digitized by Google

TITULUS XVI.

De Legatis, Nuntiisque Apostolicis.

Hactenus de iis egimus Eccleſiæ Miniſtris, qui propria ipſi per ſe munera exercent: nunc de illis dicere aggredimur, qui aliorum in Eccleſia vices gerere ſolent.

Primo itaque inter Pontificios per Orbem diffuſos Vicarios quidam *Legati a latere* dicuntur, qui ut maioris momenti negotia pertractent, extraordinarie ad Concilia ex. gr. ad Principes Chriſtianos &c. mitti ſolent, eorumque ampliſſima fuit ſeculo præſertim XI. ſequentibusque poteſtas (1),

(1) Nam Concilia Nationalia convocare poterant, iiſque præeſſe; Ordinariâ pollere Juriſdictione cenſebantur, adeoque de cauſſis Eccleſiaſticis vel in prima, ut aiunt, inſtantia cognoſcebant; exigebant Procurationes; Beneficia Juris Patronatus Eccleſiaſtici conferre, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, et Exemptorum electiones confirmare,

ve-

qua tamen cum nonnulli abuterentur Legati, eadem & Pontificum Romanorum prudentiâ, & secularium Principum curâ est imminuta; nunc autem sine Principum ipsorum consensu nulli mittuntur, ac Papa in eorumdem mandatis exprimere solet quænam ii gerere debeant (2).

Alii Pontificis Legati *nati* vocantur, & quarumdam illustriorum Sedium Episcopi sunt, qui ex veteri suorum Decessorum privilegio hac dignitate fruuntur. Ex eo vero tempore, quo augeri cœpit Legatorum a latere auctoritas, Natorum contra Jurisdictio decrevit, eumque paullatim ad nihilum pene redacta esset, aliquantisper a

---

Metropolitanos suspendere, vel etiam deponere poterant; aliisque huiusmodi fruebantur iuribus, de quibus vid. *Cap.* 23. *de Privil. Cap.* 36. *de Elect. in VI. Cap.* 31. *de Præb. et Dignit. in VI.* et Scriptores, quos infra citabimus.

(2) Vid. Card. de Luca *in Adnot. ad Concil. Trid. Disc.* 33. *n.* 21. *&c.*

Tridentina Synodo relevata fuit, idque Legatorum Sedis Apostolicæ ius quibusdam in casibus ad omnes etiam Episcopos generatim extensum (3).

Alii denique Legati *Missi*, *Nuntii*, vel *Internuntii* appellantur, quorum nomine indicari solent qui continuâ, & veluti ordinariâ Legatione apud Principes permanent, ibique Romanæ Sedis, Religionisque negotia tractant, ac de nonnullis appellationibus, caussisque ad Papam devolutis cognoscere solent, vel iis definiendis designare *Judices Synodales*; Literæ quoque Apostolicæ, quibus a Summo Pontifice conceduntur Dispensationes, Beneficia, vel Gratiæ,

(3) Conc. Trid. *de ref. Sess. V. c.* 2. *Sess. VI. c.* 2. *Sess. XIII. c.* 5. *Sess. XIV. c.* 4. *Sess. XXI. c.* 3. 6. 8. *Sess. XXII. c.* 5. 6. 8. 10. *et in Decret. de observ. et evit. in celebr. Miss. Sess. XXIV. c.* 9. 10. 11. 14. *Sess. XXV. c.* 14. *et De regularib. c.* 5. atque Thomassin. *V. et N. E. D. Part. I. L. I. c.* 60.

per eosdem ordinarie in Provincias transmittuntur; atque alia huiusmodi peragere solent Nuntii Apostolici iuxta limites in eorumdem Legationum mandatis, vel etiam a Consuetudine, aut a Legibus præfinitos (4).

---

(4) In Etruria quidem Jurisdictio Nuntiis Pontificiis sublata est *Lege* 20. *Sept. an.* 1788. De Legatis autem Apostolicis generatim agunt Thomassinus *d. Part. I. L.* 2. *c.* 117. *&c.* Petr. de Marca *Conc. Sacerd. et Imp. Lib. V. c.* 1. -- 18. *et Lib. VI. c.* 29. *&c.* Steph. Baluzius *Continuat. post d. Cap.* 18. *Concord. Sac. et Imp.* Van-Espen *I. E. U. Part. I. T.* 21. Fr. Florens, Anacletus, aliique Interpretes *ad Tit.* 30. *Lib. I. Decretal. Greg.* „ De Offic. Legati „ De quo in VI. quoque est *Tit.* 15. *Lib. I.* Rieger *I. E. Part. II.* §. 536. *&c.* P. Coustant *Præf. ad Epist. RR. PP. Part. I.* §. 23. *&c.* 27. *&c.* Schmier *I. Can. Civ. Lib. I. Tr.* 5. *c.* 4. *n.* 41. *&c.* et Card. de Luca in *Relat.* (*u i c Rom.*

Digitized by Google

TITULUS XVII.

De Vicariis Episcoporum.

Inter Episcoporum Vicarios alii dicuntur *nati* vel *legitimi*, qui ab ipso Jure designantur, ut Archidiaconus & Archipresbyter (1); alii *dati* vel *constituti*, qui vel ab ipsis eliguntur Episcopis, ut Vicarii Generales, Foranei, Officiales &c. vel eis quandoque a Summo Pontifice iustis de caussis concedi solent, veluti Coadiutores.

Jure Communi *Vicarius Generalis* est qui cum in voluntaria tum in contentiosa exercenda Jurisdictione vicem Episcopi gerit (2),

---

(1) *Cap.* 1. *De Offic. Archid. et Cap.* 1. *De Off. Archipresb.*

(2) De hoc Episcopi Vicario agitur in *Tit.* 13. *Lib. I.* „ De Offic. Vicarii „ *apud Bonifacium*, ac vid. Conc. Trid. *Sess. XXIV.* c. 16. *de ref.* Rieger *Jur. Eccl. P. II.* §. 557. *&c.* ac Thomassin. *V. et N. E. D. Par. I. L.* 2. *c.* 7. *&c.*

Digitized by Google

quibusdam tamen exceptis, veluti Criminalium Feudaliumque Caussarum cognitione, depositione ab Officiis, Beneficiis, vel Administrationibus, Dioeceseos visitatione, convocatione Synodorum, alienatione rerum Ecclesiæ, concessione Dimissoriarum, Beneficiorum collatione, iisque omnibus, quæ meræ sunt gratiæ, specialive Jure ad Episcopum pertinent (3).

Vicariatus Generalis per se quidem non est Beneficium, sed Beneficio plerumque adnectitur. Temporalibus autem rebus vel laicus præfici potest, cum in Spiritualibus Clericum, XXV. annis natum, & in Jure Canonico Doctorem Vicarium esse oporteat (4).

---

(3) *Cap. 2. et seq. De Offic. Vic. in VI. Cap. Cum nullus 3. De temp. ordin. in VI. Cap. 2. De Pœnit. et Remission. in VI. Cap. 81. de Reg. Jur. in VI.* Conc. Trid. *de ref. Sess. XIII. c. 4. et Sess. XXIV. c. 6.* Hæc tamen quoque perficere potest Vicarius, si specialiter ei ab Episcopo committantur.

(4) Conc. Trid. *d. Cap. 16. Sess. XXIV. de ref.*

Sed præter eum, qui proprio nomine *Vicarius Generalis* dicitur, in eaque degit Urbe, in qua Sedes Episcopalis est, alios etiam minores Vicarios in Oppidis Pagisve ruralibus Episcopus constituere potest, qui proinde *Foranei* vocantur (5); aliisque nonnullas tantum caussarum species quandoque committit, veluti Matrimoniales, Beneficiarias &c.: immò vel plures nonnumquam constitui solent ab unico Episcopo *Vicarii Generales* eâdem Jurisdictione præditi, si præsertim vasta fuerit, vel ad plures Civiles ditiones extensa Diœcesis.

Cuiusvis ab Episcopo electi Vicarii munus exspirat morte cum naturali, tum civili, aut spirituali, translatione, renunciatione, ac revocatione Constituentis; quemadmodum & morte, renunciatione, ac depositione ipsius constituti.

---

(5) *Cap.* 1. *De Offic. Ordin. in VI. Clem.* 2. *De rescript. et ibi Glossa v. Foraneo*.

Digitized by Google

Defuncto autem Episcopo, Vicarii Generalis loco intra octo dies a Capitulo Cathedralis Ecclesiæ novus eligi debet Vicarius, qui *Capitularis* dicitur, quique omnem exercet Sede vacante Jurisdictionem eidem Capitulo competentem (6); aliusque rursus constituitur, qui Episcopales reditus administret, ac vocatur *Oeconomus* (7); iique novo Episcopo rationem reddere tenentur.

---

(6) Concil. Trid. *d.* *Cap.* 16.

(7) Vid. Can. 25. Conc. Chalcedonens. apud Van-Espen in *Tract. Hist. Can. P. III. c. 3. §. 6. et in Tom. VII. Collect. Concil. Mansi* ac de iis, qui administrare debent in Etruria temporalia vacantium Ecclesiarum Bona, videndæ Leges Cosmi I. M. E. D. *d.* 15. *Jul. an.* 1559. Petri Leopoldi *d.* 10. *Jul. an.* 1778. *d.* 12. *Febr.* 27. *et* 30. *Sept.* 1785. ac Ferdinandi III. *d.* 31. *Jul.* 1793.

Digitized by Google

TITULUS XVIII.

De Coadiutoribus, & Parochorum Vicariis.

Coadiutores in auxilium vocantur eorum, qui propria officia per se ipsos morbo, senio, aliâve impediti necessitate perficere nequeunt (1).

In præsenti quidem Ecclesiæ Disciplina Episcopis, maioribusque Prælatis a summo Pontifice Coadiutores conceduntur (2); quoad minores autem Beneficiarios distinguendum: in iis, qui ad tempus dantur, Jus antiquum, iuxta quod inferioribus Clericis generatim Epi-

---

(1) De his vid. *Can.* 1. *et seqq.* V[illegible] *q.* 1. *et Tit.* 6. *Lib. III. Decretal.* Greg. atque *Tit.* 5. *eiusd. Lib. ap. Bonif.* „ De Clerico ægrotante vel debilitato „. Thomassin. *V. et N. E. D. Part. II. Lib.* I. *c.* 55. *&c.* Cabassut. *Jur. Can. Th. et* [illegible] *Lib. I. c.* 16. et Rieger *I. E. Part.* II. §. 569. *&c. et P.* III. §. 129. *&c.*

(2) *Cap. un. De Cler. ægrot.* [illegible] *in* VI. et Conc. Trid. *Sess. XXV. c.* 7. *de ref.*

Digitized by Google

scopus Coadiutores præbere poterat, adhuc valere aiunt Canonici Juris Interpretes (3); in iis vero, qui cum spe successionis, vel in perpetuum dantur, Sedis Apostolicæ auctoritatem requirunt (4).

Coadiutoribus autem congrua pars adsignanda redituum ad eos pertinentium, in quorum sumuntur auxilium, dummodo coadiutis ad vitæ substentationem necessaria non desint; et Coadiutores ipsi Prælatis (cum sanæ mentis ii sunt), vel Capitulis, aut Prælatorum successoribus rationem de iis, quæ sibi receperint, reddere debent (5).

---

(3) *Cap. 3. et 6. De Cler. ægrot. &c.* et Concil. Trid. *Sess. XXI. c. 6. de ref.*

(4) Migliorucc. *Inst. Can. Lib.* I. *Tit.* 17. *not. p.* ac Thomassin. *loc. cit. Cap.* 59. *n. 7. &c.*

(5) *Cap. 3. De Cler. ægrot. Cap. un. Eod. in* VI. Conc. Trid. *Sess. XXI. c. 4. et 6.* ac vid. Rieger *d. Part.* III. §. 141. in not. ubi advertit, quod si Coadiutor nullâ oneratus administratione ad futuram solummodo successionem destinetur, nulla ipsi emolumenta deberi, æquum est.

Digitized by Google

Parochis quoque ob necessitatem vel utilitatem Ecclesiæ *Vicarii* tribui solent, qui si perpetui sint, Episcoporum auctoritate constitui debent, atque iisdem pene iuribus ac ipsi Parochi gaudent, ita ut nec principali mortuo vel amoto Rectore, illi removeantur (6); Si vero ad tempus, vel a Superiore vel ab ipsis Parochis extraordinariis quibusdam casibus, veluti propter absentiam, infirmitatem, aut aliud simile impedimentum eorumdem Parochorum (7), adsignatâ congruâ portione fructuum (8), designari possunt, ac

(6) *Cap. Ad hæc* 3. *et C. ult. De Offic. Vicar. Clem. un. Eod.* et ibi Glossa; *Cap.* 2. *De suppl. negl. Prælat.* Conc. Trid. *Sess.* VII. *c.* 7. *de ref.* Van-Espen I. *E. U.* P*art.* I. *Tit.* 3. *c.* 2. *et* P. II. *T.* 34. *c.* 1. Schmier I. C. C. *Lib.* I. *Tr.* 5. *c.* 6. *n.* 41. *&c.* ac Petri Leopoldi M. E. D. *Encycl. d.* 1. *Jun. an.* 1784.

(7) Cap. 4. *De Off. Jud. Ord.* et Conc. Trid. *dd. Capp.* 4. *et* 6. *Sess. XXI. de ref.*

(8) *Capp.* 12. *et* 30. *de* Præb. *et Dignit.* Conc. Trid. *d. Cap.* 7. *Sess.* VII. *de ref.*

Digitized by Google

cessante caussâ, removentur. Quod et de inferioribus aliis Ministris, qui vicariâ indigeant aliorum operâ, omnino dicendum (9).

---

et Petri Leopoldi M. E. D. *Encycl. d.* 10. *Jul. an.* 1776. *n.* 3. *d.* 15. *Januar.* 1778. *d.* 4. *Febr.* 1783. *d.* 1. *Januar.* 1784. Instruct. Magistratus, qui R. *Jurisdictionis a secretis* dicitur, *d.* 31. *Jan.* eiusd. anni, et *Rescr. d.* 5. *Aug. an.* 1786.

(9) *Cap.* 1. *&c. De Off. Vicar. Cap.* 28. *De appellat.* et Van-Espen I. *E. U. Part.* I. *Tit.* 7. *c.* 6. *n.* 6. *&c.*

Digitized by Google

TITULUS XIX.

De Regularibus.

Hucusque de Laicis, Clericisque locuti sumus: iam vero de tertia Fidelium specie iuxta propositam a nobis divisionem disseramus.

Regulares ergo dicuntur qui secularia quæque fugientes strictius quoddam ac perfectius vitæ genus, solemni editâ Professione, sub certa Regula profitentur (1).

Iis quidem apud Orientales pro variis ipsorum Institutis varia quoque nomina tributa fuere, veluti *Ascetarum*, *Monachorum*, *Anachoretarum*, *Cœnobitarum*, *Stylitarum*, *Acœmetôn*, & alia, quorum

---

(1) Vid. Thomassin. *V. et N. E. D. Part.* I. *L.* 3. *c.* 12. *&c.* Van-Espen *d.* P. I. *Tit.* 24. atque „ De Regularibus „ est in *Lib.* III. *Decretal. Tit.* 31. *ap. Greg. Tit.* 14. *in* VI. *Tit.* 6. *in Clement. Tit.* 8. *inter Extrav. Comm.* ac „ De Statu Monachorum &c. „ in eodem *Lib.* III. *Decretal. Tit.* 35. *ap. Greg. Tit.* 16. *in* VI. *Tit.* 10. *in Clement.*

Digitized by Google

Post Cluniacenſem aliæ quoque ortæ Congregationes, veluti *Ciſtercienſis*, *Camaldulenſis*, *Vallis Umbroſæ*, *Grandimontenſis*, ceteræque huiusmodi: quæ tamen omnes S. Benedicti *Regulam* aliquantisper quoad veſtes & alia nonnulla immutatam amplexæ ſunt; earumque ſocii proprio *Monachorum* nomine uti ſolent.

Seculo XIII. prodiere *Franciſcanorum*, *Prædicatorum*, & aliæ, quæ *Mendicantium* appellatione indicantur, Familiæ, quòd victum emendicare ſoleant; ac ſeculo tandem XVI. & ſequenti *Somaſchorum*, *Theatinorum*, *Barnabitarum*, & reliquorum Inſtituta, qui *Clericorum Regularium* nomen ſumpſere.

Quamvis autem quilibet Aſcetarum Inſtitutor olim ex proprio arbitrio *Regulam* iisdem præſcribere poſſet, in Concilio tamen Lateranenſi IV. ſtatutum (3), ne ulla in

(3) *Cap. ult. de Relig. domib.* et vid. *Cap. un. Eod. in* VI.

Digitized by Google

posterum nova Regula conderetur; quapropter qui Monasteria deinceps exstruxere vel unam ex iam probatis Regulis amplecti, vel a Sede Apostolica novarum approbationem expetere consueverunt (4).

---

(4) Ordinum regularium indicem chronologicum exhibet Douiatius in *Append. ad Præn. Canon. Cap. 9.* ac præter eorūmdem Historiographos ab eo memoratos in *Lib. V. c. 13. et c. 14. n. 6.* eiusdem Operis, videndi Hippolyt. Heliot. *Hist. des Ordres Monast. &c.* Silvest. Maurolicus et Phil. Bonanni, de quibus agit Tiraboschius *Stor. della Letter. Ital. Tom. VIII. L. 2. c. 1.* ac P. Flam. Annibali a Latera, qui opus Italicum Romæ an. 1790. edidit, cui titulus „ Compendio della Stor. degli Ordini Regolari &c. „ Particularem autem *Benedictinorum* Historiam egregie illustravit Mabillonius, *Camaldulensium Annales &c.* edidere Jo. Bened. Mittarellius et Costadonius, *Prædicatorum* Ant. Touronius, *Augustinianorum* Aloys. Torellus, *Theatinorum* Jos. Silos, et Ant. Franc. Vezzosi, aliique plures istiusmodi Scriptores aliorum etiam Ordinum Historias conscripserunt.

Digitized by Google

TITULUS XX.

De Militaribus Ordinibus.

Bella Christianorum contra infideles piis quibusdam viris occasionem præbuere seculo XII. novam ineundi vitæ rationem, quæ militarem statum cum regulari quodammodo conciliaret; unde varii manarunt *Equitum* Ordines (1).

Primi fuere *Hospitalarii S. Joannis*, ac *Templarii:* hi quidem ab Infidelium molestiis Peregrinos Palæstinæ iter aggredientes armis tuebantur; illi autem & Christi fideles Jerusalem adeuntes hospitio suscipere consueverunt, & cum armorum usu Regularem ipsi quo-

(1) Vid. Rieger *I. E. Part. III.* § 559. *&c.* Heliot *d. Hist. des Ordres Monast. Relig. et Militair.* De Christianorum vero peregrinationibus et historia belli sacri &c. Pelliccia *C. E. P. Lib. II. Sect. 2. c.* 12. et Fleury *Disc. 6. à l' Hist. Eccl. n.* 10.

Digitized by Google

que disciplinam in plerisque servarunt, cum etiamnum vota, solemnemque Professionem emittant (2).

Eos vero deinde imitati sunt alii, qui tamen a Regulari statu admodum recessere: cuius generis sunt Ordines *Theutonicus*, *Calatravensis*, *Christi*, aliique sexcenti (3),

---

(2) De *Hospitalariis* vid. Paciaudius *Memorie de' Gran Maestri di Malta*, et Pauli Ant. Paoli Dissert. *dell' Origine, ed Istit. del sacro Milit. Ord. di S. Gio. Batt. Gerosolim.* De *Templariis* autem præter Auctores supra citatos, vid. Opera D. Antonii, et Frid. Nicolai Germanico Idiomate edita, quorum tituli sunt: „ Versuch einer Geschichte des Tempelherrens-Ordens. Leipsig 1779. „ et „ Versuch uber die beschuldigungen, welche dem Tempelherrens-Orden gemacht worden, und uber dessen geheimniss. Berlin 1782. „ Idest *Specimen Historiæ Ordinis Templariorum. Lipsiæ 1779. et De criminibus, quibus accusati fuere Templarii, ac de illorum arcanis. Berolini* 1782.

(3) Vid. Rieger. *d. P. III.* §. 560. *&c.* Tozen *Einleitung &c.* nempe *Introductio ad generalem et particular. Statuum Europæ notitiam Cap.* 1. §. 36. *&c. Cap.* 2. §. 27. *Cap.* 3. §. 34. *Cap.* 4. §. 30. *Cap.* 5. §. 37. *Cap.*

Digitized by Google

quos inter minime prætereundus *Stephanianus* ad maris præcipue Mediterranei tutamen a Cosmo I. Magno Etruriæ Duce intitutus, & Pii IV. aliorumque summorum Pontificum auctoritate, privilegiisque munitus (4).

---

7. §. 29. *Cap.* 8. §. 27. *Cap.* 9. §. 39. *et Cap.* 10. §. 25. atque Moreri *Dictionn. Histor. Tom. III. Edit. Paris. an.* 1744. *v. Chevalerie &c.*

(4) Vid. Brev. Pii IV. *Kal. Octob. an.* 1561. *Kalend. Februar. et Non. Jul. an* 1562. *Statuti dell' Ord. de' Caval. di S. Stef. &c.* et Galluzzi *Istor. del Granducato di Tosc. Lib. III. c.* 2. *et* 9.

Digitized by Google

TITULUS XXI.

De Sacris Virginibus.

Duplex ſacrarum Virginum in Eccleſiaſtica Hiſtoria genus invenitur (1).

Proprio quidem *Monialium* nomine indicantur quæ in Monaſteriis Cœnobiiſve communem vitam ducunt, & quamdam profeſſæ *Regulam* (fœminei tamen ſexus habitâ ratione, ac nonnullis adhibitis peculiaribus quoad ipſarum conſecrationem, veſtes &c. ritibus uſibuſque) iiſdem pene legibus ac

---

(1) De quarum vita, ſtatuque generatim varios edidere libros ſancti veteres Patres Cyprianus, Tertullianus, Methodius, Ambroſius, Joannes Chryſoſtomus, Sulpitius Severus, Auguſtinus, aliique apud Tillemontium *Hiſt. Eccl. Tom. III.* p. 230. *&c. Tom. IV. p.* 59. *&c.* 603. *&c. Tom. V. p.* 468. *&c.* 767. *&c. Tom. X. p.* 102. *&c.* 107. *&c. Tom. XI. p.* 132. *&c.* 586. *&c. Tom. XII. p.* 610. *&c. ac Tom. XIII. p.* 388. *&c.*

Digitized by Google

Monachi subiiciuntur (2); atque olim earum quædam a clauſtris exire, quædam ea numquam relinquere poterant (3): ſed clauſuræ lex ad omnes deinceps extenſa (4).

Aliæ vero antiquitus fuere Virgines, quæ ſacro velo ſumpto, & quibusdam adhibitis propriis veſtibus, in paternis ædibus morabantur, ibique piis exercitationibus operam dabant, ab aliis diſtinctum in Eccleſia locum obtinebant, & *Canonicæ* a quibusdam dictæ ſunt vel *Eccleſiaſticæ* (5). At poſterius

---

(2) Vid. Thomaſſin. *V. et N. E. D. Part. I. Lib. III. c.* 44. *&c.* et Tillemont. *l. c. T. VII. p.* 107. *T. X. p.* 300. *&c. T. XI. p.* 520. *T. XII. p.* 122. *&c. ac Tom. XIII. p.* 160. *&c.*

(3) Vid. Natal. Alexand. *Diſs.* 3. *in H. E. Sec. VII.* ubi de *Can.* 46. Conc. Trullani agit, ac Tillemont. ubi loquitur de Monaſteriis a S. Pachomio inſtitutis &c. *Hiſt. Eccl. T.* VII. *p.* 196. *&c. et* 686. *ac T. XVI. p.* 65.

(4) Rieger *Jur. Eccl. P.* III. §. 623. *et infr. Tit.* 23. *h. Lib.*

(5) De his agunt SS. Baſilius M. *Epiſtt.* 300. *et* 302. Ambroſius *L.* 3. *c.* 1. *de Virg.*

Digitized by Google

& iſtæ ad communem regularemque vitam, ut Moniales, redactæ fuere; licet etiamnum quædam ſuperſint alterius generis *Canonicarum* Collegia, quæ Canonicorum exemplum ſecutæ ad Secularem quodammodo ſtatum e Regulari tranſiere, unde *Canonicæ Seculares* dicuntur, vitam agunt ſingularem,

---

et alii antiqui Scriptores apud Tillemont. *l. c. Tom.* IX. *p.* 117. *Tom. X. p.* 84. 280. *&c. Tom. XVI. p.* 389. *&c. Can.* 31. Conc. Hipponens. qui eſt *Can.* 33. Carthagin. III. vel *Can.* 11. Africani an. 397. relat. in *Cod. Afr. n.* 44. et in *Manſiana Concilior. Collect. Tom.* III. *p.* 735. 885. *ac* 923. Natal. Alexand. *H. E. Sec. VII. c.* 3. *a.* 1. ubi agit de *Can.* 13. Conc. Pariſiens. V. an. 614. Bingham. *O. E. L. VII. c.* 4. et Thomaſſin. *d. P.* I. *Lib.* III. *c.* 42. *&c.*

Immo inter veteres Virgines nonnullæ quoque loca petebant ſolitaria, ibique Anachoretarum more vitam agebant, ceu de *Syncletica* refert S. Athanaſius, aliuſve antiquiſſimus illius vitæ Scriptor, de *Maria* Fratris Abrahami ſolitarii filia S. Ephrem Syrus, de *Marana* et *Cyra* Theodoretus, aliique Scriptores de aliis apud prælaud. Tillemont. *Ibid. Tom.* VII. *p.* 586. *&c. Tom.* VIII. *p.* 229. *&c.* 296. *et* 490. *Tom. X. p.* 595. *et Tom. XV. p.* 242. *&c.*

ac (si paucas excipiatis, quæ perpetuæ castitatis voto astringuntur) vel matrimonio iungi possunt (6).

Ad Monialium Institutum propius accedunt *Oblatæ*, quæ licet solemni Professione, perpetuisque votis non obligentur, saltem ad

---

(6) Vid. Natal. Alexand. ubi agit de *Regula Canonicarum* in Concilio Aquisgranensi an. 816. condita *H. E. Sec. IX. c.* 4. *a.* 8. et ibi Jo. Dom. Mansi *not.* Thomassin. *d. P.* I. *L.* 3. *c.* 63. Pelliccia *C. E. P. Lib.* I. *S.* 3. *c.* 4. §. 1. et Van-Espen I. *E. U. Part.* I. *Tit.* 33. *c.* 2. De novo autem *Canonicarum* Capitulo, quod Pisis in Cœnobio S. Matthæi erexit Petrus Leopoldus M. E. D. vid. eiusdem *Constit. d.* 18. *Januar. an.* 1787.

Aliæ quoque antehac fuere in Primatiali Pisana Ecclesia *Canonicæ* vel *Canonissæ*, a Leone X. aliisque Summis Pontificibus variis donatæ privilegiis, quæ a Martinio referuntur in *Append. ad Theatr. Basilicæ Pisan. c.* 14. *p.* 80. *&c.* Sed harum Societas inter pias laicales Congregationes potius recensenda videtur, quàm ad Regularium Institutum pertinere. Idemque dicendum de nonnullis nobilium Fœminarum cœtibus ad Equestrium Ordinum exemplum institutis, de quibus v. Moreri *Diction. Histor. v. Chevalier.*

Digitized by Google

tempus castitatis & obedientiæ promissione se obstringunt, vitam communem ducunt, atque ita Monialibus similes sunt, ut inter Regulares a nonnullis enumerentur (7).

---

(7) Vid. Van-Espen *loc. cit. c.* 3. et quoad nos Petri Leopoldi M. E. D. *Leges latæ d.* 29. *Nov. an.* 1777. 29. *Jul.* 1778. 8. *Apr.* 1779. 30. *Jul.* 1782. 26. *Jan.* 1784. 21. *Mart.* 2. *et* 10. *Maii*, 13. *August.* 22. *et* 25. *Octobr. et* 27. *Decembr.* 1785. *ac d.* 5. *Maii* 1786. *&c.*

Digitized by Google

TITULUS XXII.

De Regularium Superioribus.

Veterum quidem Monachorum plures fuere Præfecti, qui maiori minorive per gradus quosdam pollebant auctoritate, atque omnium primus & caput *Abbas* dicebatur (1).

Cum tamen progressu temporis Abbates Pontificalibus ornamentis, variisque dignitatis insignibus, ac privilegiis donati fuissent, recentiorum Ordinum Institutores humilitatem in primis præ oculis habentes Abbatiali quacumque dignitate ac nomine suarum Congregationum Moderatores expertes esse voluere; atque cum

(1) De antiquis Monachorum *Decanis*, *Centenariis &c.* vid. Thomassin. *V. et N. E. D. Part.* I. *L.* 3. *c.* 65. *&c.* Bingham. *O. E. Lib.* VII. *c.* 3. §. 11. Tillemont. ubi de S. Pachomio agit *H. E. Tom.* VII. *p.* 178. *&c.* 679. *&c.* et Pelliccia *C. E. P. Lib.* I. *Sect.* 3. *c.* 1. §. 3.

veteres Abbates omnes perpetui forent, novos istiusmodi Rectores ad tempus præesse debere statuerunt, adeoque ii tertio quoque anno plerumque mutantur; ceteri vero, qui antiquiores *Regulas* profitentur, veterum perpetuorum Abbatum usum adhuc servant, licet hi quoque non idem semper Monasterium regere, sed ex uno in aliud post certum tempus transire soleant: quemadmodum ad tempus etiam *Priores claustrales* creantur in iis Monasteriis, quorum Abbatias Prioratusve in Commendas Clerici non regulares obtinuere (2).

Idem de Monialibus quoque dicendum. Inter has enim quæ ad vetera Monachorum Instituta pertinent *Abbatissæ* pastorali anuloque utuntur, & quadam fulgent dignitate; quæ vero Mendicantium & recentiorum Ordinum Regulas amplexæ sunt, his honoribus ca-

(2) Vid. *supr. Tit.* 10. *h. Lib.*

Digitized by Google

rent, quamvis & harum plurimæ *Abbatiſsæ* vocentur. Sed ex Gregorii XIII. Constitutione, quæ tamen non ubique servatur (3), Abbatiſsarum omnium regimen ad triennium redactum; Synodus autem Tridentina decrevit, Abbatiſsas constitui non poſse, nisi quadragesimum expleverint ætatis annum, ac post peractam Profeſsionem octo saltem annis laudabiliter in Monasterio vixerint, quibusdam exceptis casibus, quibus pro variis Monasteriorum conditionibus Episcoporum arbitrio qualitates istæ remittuntur (4).

Ceterum quicumque Monasteriorum Abbates ac Superiores una

---

(3) Van-Espen. I. *E. U. Part.* I. *Tit.* 31. *Cap.* 1. *n.* 17. *et Cap.* 10. *n.* 14. *&c.*

(4) *Seſs. XXV. c.* 7. *de Regular.* Olim nulla nisi sexagenaria Monialis Abbatiſsa fieri poterat *Can. Juvenculas* 12. *XX. q.* 1. De Abbatiſsarum vero auctoritate medio ævo agit Pelliccia *d. Lib.* I. *Sect.* 3. *c.* 4. §. 2. et vid. *Can.* 52. *et seqq.* Concil. Cabilonens. II. an. 813. apud Natal. Alexand. *H. E. Sec.* IX. *c.* 4. *a.* 7.

Digitized by Google

cum Monachis olim ordinariæ Jurisdictioni Episcoporum subiiciebantur (5). At mutatâ postmodum Disciplinâ, cum Regularium Familiæ in Congregationes coaluissent, Monasteria quævis in iis contenta Congregationibus vel Ordinibus *Generali* earumdem *Ministro*, *Abbati*, *Magistrove*, Provincialibus, aliisque per gradus constitutis Superioribus subesse cœperunt, atque ab ordinaria eximi Potestate; recentibus tamen nonnullorum Principum Legibus Episcopalis quoad Regulares auctoritas est restituta (6).

Ad Moniales autem quod attinet, licet alicubi nonnullis ea-

---

(5) Vid. Thomassin. *d. P.* I. *Lib.* 3. *c.* 26. *&c.* et Bingham. *O. E. Lib.* VII. *c.* 3. §. 14.

(6) Vid. Josephi II. Imp. Leges latæ *dd.* 24. *Mart. et* 27. *Jul. an.* 1781. 21. *Jun. et* 11. *Sept.* 1782. Ferdinandi IV. utriusque Siciliæ Regis Edicta *dd.* 28. *Jun.* 1786. *et* 1. *Sept.* 1788. Et quoad Superiores Regularium in Etruria, Leges Petri Leopoldi M. E. D. *dd.* 8. *Jan.* 1780. 28. *Jun.* 1781. 10. *Jul.* 1782. 2. *Octob.* 1788. *et* 4. *Apr.* 1789.

Digitized by Google

rum Monasteriis ex privilegio vel Regulares vel alii præsint (7); pleraque tamen ordinariæ subsunt Episcoporum Jurisdictioni, & in iis etiam, quæ ab aliis reguntur, specialia quædam semper Episcopis Jure communi reservantur (8).

Id tandem Equestrium Ordinum proprium est, quod a summis plerumque Principibus, qui *Magni* eorum *Magistri* vocantur, iidem regi soleant (9), non secus ac ab aliis cuiuscumque Ordinis Officialibus, qui *Priores*, *Ballivii*, *Magni Thesaurarii*, *Cancellarii*, *Conservatores &c.* dicuntur.

(7) Conc. Trid. *Sess. XXV. c. 9. de Regularib.* Hæc tamen privilegia in Etruria sublata fuerunt *Encycl.* 31. *Aug. et Motupr.* 13. *Oct. an.* 1781.

(8) Veluti custodia clausuræ, de qua vid. Conc. Trid. *l. c. c.* 5. S. Pii V. *Constit.* „ Circa Pastoralis „ an. 1566. et „ Decori „ an. 1569. Gregorii XIII. *Constitt.* „ De Sacris „ an. 1571. „ Ubi gratiæ „ 1575. et „ Dubiis „ 1581. ac Gregorii XV. *Const.* „ Inscrutabili „ .

(9) V. Fleury *Inst. Iur. Eccl. P. I. c.* 27. *n.* 7. Moreri *Dict. Hist.* v. „ Ordres des Cheval. „ v. „ Malte „ &c. *Statut. dei Cav. di S. Stef. Tit.* 10. *&c.*

TITULUS XXIII.

De officiis, & vita Regularium.

Præcipuæ, quibus antiqui Monachi ab aliis distinguebantur, exercitationes fuere manuum opificia, laborque, perpetua pœnitentia, solitudo, frequens divinarum precum recitatio, continentia, & in iis omnibus, quæ ad morum integritatem pertinent, Evangelica perfectio (1). Deinde vero Fideles in statu Regulari constituere visa est solemnis alicuius *Regulæ* ab

(1) Vid. Tillemont. *Memoir. pour l' Hist. Eccl.* ubi agit de SS. Antonio, Hammone, Hilarione &c. *Tom.* VII. *p.* 101. *&c.* 167. *&c.* 564. *&c. et Tom.* VIII. *p.* 579. *&c.* ubi præcepta refert Abbatum Paphnutii, Silvani, Hammonii, Sisoii, Nili, aliorumque Ibid. *Tom. X. p.* 45. 450. *&c. Tom. XI. p.* 450. *Tom. XII. p.* 456. *Tom. XIV. p.* 209. *&c.* et SS. Gregorius Nazianz. Augustinus, Jo. Chrysostomus, Cyrillus Alex. &c. apud eumdem *Tom. IX. p.* 368. *&c. Tom.* XI. *p.* 15. *&c. Tom.* XIII. *p.* 337. *&c. ac Tom. XIV. p.* 662. *&c.*

Digitized by Google

Apostolica Sede probatæ *Professio* (2) cum quorumdam votorum emissione, quæ illos ad vitam ceteris strictiorem purioremque agendam obstringunt.

Professionem, sive actum, quo quis coram alicuius Monasterii Superiore solemniter editis votis promittit, se Regulam in eo vigentem observaturum, præcedere debet *Novitiatus*, quo nempe fit Instituti, vitæque regularis quoddam experimentum, ac saltem annuum, perque id tempus continuum eum esse oportet (3).

---

(2) Natalis Alexandr. H. *E. Sec.* IV. *c.* 6. *a.* 19. §. 4. solemnem Professionem in usu nequaquam fuisse contendit ante S. Basilium, qui eam emitti iussit *Can.* 3. *Epist.* II. In Regula vero S. Benedicti traditur eiusdem formula *Cap.* 58.

(3) *Cap.* 2. *&c. De Regul. in* VI. Conc. Trid. *Sess. XXV. c.* 15. *De Regul.* Van-Espen I. *E. U. Part.* I. *Tit.* 25. *c.* 1. *&c.* De donationibus autem, renunciationibus &c. quæ a novitiis fiunt, vid. Conc. Trid. *Ibid. c.* 16. et Petri Leopoldi M. E. D. *Leg.* 2. *Mart. ann.* 1769. *n.* 12. *&c.*

Digitized by Google

Nemo Jure Communi ante annum decimum sextum profiteri poteſt, quod tamen nec ſemper, nec ubique ſervatum; puellæ vero antequam veſtem regularem ſuſcipiant, diligenter ab Epiſcopis, aliiſve iuxta varias locorum conſtitutiones examini ſubiiciendæ ſunt (4).

Ritus Profeſſionis in variis Regularium Familiis varii ſunt: ſed ut expreſſa ſit (5), libera (6), & gratuita (7) in omnibus requiritur, nec non a liberis fieri debet, ac ratione præditis (8), qui a Superio-

---

(4) Conc. Trid. *d. Cap.* 15. *et Cap.* 17. *Ibid.* Van-Eſpen. *d. P. I. Tit.* 27. *c.* 2. Rieger *Jur. Eccl. P. III.* §. 598. *&c.* ac Petri Leopoldi M. E. D. *Leges dd.* 4. *Maii an.* 1775. 19. *Jul.* & 12. *Decemb.* 1776. 7. *Januar.* 1780. *n.* 16. 5. *Mart. et* 22. *Aug.* 1781. *ac* 21. *Mart.* 1785.

(5) *Cap.* 4. 8. 9. *et* 22. *de Regular. Cap.* 1. *&c. Eod. in VI.*

(6) *Cap.* 1. *De his quæ vi &c.* & *Cap.* 15. *de Regularib.*

(7) Vid. *Inf. Lib. IV. Tit.* 7. ubi de ſimonia loquemur.

(8) *Can. ult. XVII. q.* 2. *Cap.* 3. *et* 12. *De Convers. Coniugat.*

re vel ab illis, quorum intereſt, pro variis Ordinum uſibus, ſtatutiſque acceptati fuerint (9). Hac vero peractâ, nemo ab eo, quod profeſſus eſt, Inſtituto reſilire poteſt, niſi vel ad ſtrictiorem Regulam tranſire velit (10), vel intra quinquennium a die Profeſſionis coram Ordinario & Superiore Monaſterii eam invalidam fuiſſe oſtendat (11). Præterea tamquam mortui quoad civiles effectus cenſentur Profeſſi (12), amittunt Beneficia (13), a vinculo matrimonii rati (14), a Patria poteſtate, & irregularitate ex natalium defectu

(9) *Cap.* 13. *et* 16. *de Regularib.*
(10) *Clem.* 1. *de Regul. Extrav. Comm. Viam ambitioſæ Eod. et* Conc. Trid. *Seſs. XXV. c.* 19. *de Regul.*
(11) Vid. Van-Eſpen *d. Tit* 27. *c.* 5. &c. et Conſtit. Ferdinandi III. M. E. D. *d.* 30. *Jan. an.* 1793. *n.* 1.
(12) *Can.* 8. *et* 25. *XVI. q.* 1. *et d. L.* 2. *Mart. an.* 1769. *n.* 13. &c.
(13) *Cap.* 4. *de Regularib.*
(14) *Capp.* 2. 7. *et* 14. *de Convers. Coniug.* atque Conc. Trid. *Seſs. XXIV. Can.* 6.

Digitized by Google

solvuntur (15); privilegio quoque *Canonis* gaudent, quod vel ad novitios extenditur (16); & Moniales ad perpetuam Monasterii clausuram vi professionis tenentur (17); per quam extinguuntur etiam quæcumque vota simplicia, nisi facta fuerint in favorem hominis (18).

Votum *obedientiæ* Regulares Superiorum voluntati subiicit, nisi aliquid iubeant Legi Divinæ, aut ipsi Regulæ manifeste contrarium (19).

Paupertas rerum proprietatem singulis adimit Regularibus, earumque tantummodo usum illis relinquit, quo absolute homines carere non possunt (20); in commu-

---

(15) *Cap.* 1. *de fil. Presbyt.*
(16) *Cap.* 21. *de Sent. excom. in VI.*
(17) *Cap. un. de Stat. Reg. in VI.* ac Van-Espen *I. E. U. P. I. Tit.* 30. *c.* 3. *&c.*
(18) *Cap.* 4. *de vot. et voti red. et Cap.* 5. *de Regular. in VI.*
(19) Vid. Van-Espen. *l. c. Tit.* 28. Rieger *I. E. Part. III.* §. 611. *&c.* et Schmier *Jur. C. C. Lib. V. Tr.* 2. *Cap.* 3. *Sect.* 1. *n.* 77.
(20) *Cap.* 2. *de Stat. Mon. in VI. Cap.*

Digitized by Google

ne tamen verum etiam rerum dominium ipsis conceditur. Mendicantibus quidem ex primævo eorum Instituto Bona immobilia, e quibus certi reditus perciperentur, neque communiter possidere licuit, sed manuum suarum labore, & hoc minime sufficiente, eleemosynis vivere debebant (21); verum id quoad eorumdem immobilium possessionem a Tridentina Synodo, *Capuccinis* tantum, ac *Minoritis* exceptis, est immutatum (22).

Per *Castitatis* denique votum non modo a quocunque illicito carnis commercio Regulares specialius quàm ceteri Fideles arcen-

---

6. *Eod. apud Greg. Cap.* 3. *de verb. sign. in VI. Clement.* 1. *Eod. Extrav. Joan.* 3. *et seqq. Eod.* ac Petri Leopoldi *L. d.* 21. *Mart. an.* 1785.

(21) Vid. Regul. S. Francisci Assis. *Cap.* 5. *&c. et d. Cap.* 3. *de V. S. in VI.*

(22) *Sess. XXV. c.* 3. *de Regul.* Fleury *Disc.* 8. *à l' H. E. n.* 9. *&c. et Inst. I. Eccl. P. I. c.* 24. *n.* 3. *&c.* atque Van-Espen *Tit.* 29. *d. P. I. Jur. Eccl. Univ.*

Digitized by Google

tur; verum etiam ab iis Matrimonium contrahi non potest, contractumve dirimitur (23).

(23) *Cap. un. de vot. et voti red. in VI.* Van-Espen *Ibid. Tit.* 30. De iis autem, ad quæ præterea tenentur Regulares, ut Reipublicæ utiliores sint, vid. Encycl. Petri Leopoldi M. E. D. *dd.* 12. *Januar. an.* 1778. 12. *Iun.* 1779. *et* 21. *Mart.* 1785. *n.* 14. *&c.*

Digitized by Google

CANONICARUM INSTITUTIONUM

LIBER II.

De Rebus ad Ecclesiam pertinentibus.

TITULUS I.

De rerum Ecclesiæ divisione.

R*ei* nomine indicatur id, quod cum per se nec agere nec intelligere nec velle possit, materiam tantummodo præbet, circa quam personarum versantur actiones; & ad Ecclesiam quod attinet, res aut *spirituales* sunt, quæ ad æternam spectant Animarum salutem, veluti Gratia Divina, Sacramenta, Virtutes &c. aut *temporales*, quæ utilitati bonisque ad mortalem hanc

Digitized by Google

vitam pertinentibus comparandis inserviunt, ut Decimæ, Oblationes, Ecclesiæ proventus &c: Inter eas vero medium quodammodo locum tenent quæ *Sacræ* in specie dicuntur, quibus nempe sacro Ministerio dicatis consecratio quædam adiicitur vel benedictio, ut Altaria, Vasa, Vestes, aliaque huiusmodi, quæ ad S. Sacrificii, Religionisque ritus perficiendos adhibentur (1).

Aliæ quoque *corporeæ* sunt res, aliæ *incorporeæ:* Illæ sensus nostros afficiunt, sive temporales eæ sint sive spirituales; hæ vero sensibus nequaquam obnoxiæ animo tantum percipiuntur (2).

---

(1) Vid. Schmier *Jur. Can. Civ. Lib. III. P. II. Tr.* 1. *c.* 1. §. 1. ac de rebus *Sanctis Sacris et Religiosis* ex Civilis Romani Juris sensu §. 8. *et seqq.* *Inst. Justinian. De rer. divis.* et Guadagni *Inst. Jur. Civ. Lib.* II. *Tit.* 1. §. 25. *&c.* §. 29. *n.* 1. *et* §. 41. *n.* 4.

(2) Vid. §. 1. *et seq.* *Inst. Tit. De reb. corpor. et incorpor.*

Digitized by Google

Ut autem in his pertractandis aliquem servemus ordinem, primo de spiritualibus rebus agemus, mox de sacris, tertio de iis, quæ spiritualibus ac temporalibus constant simul iunctis, & quarto demum de mere temporalibus, ita ut in unaquaque percensenda rerum istarum specie de corporeis incorporeisque in ea contentis disseramus.

Digitized by Google

TITULUS II.

De Sacramentis.

Inter spiritualia, quæ corporis quoque sensus afficiunt, primo loco habentur *Sacramenta*, vel signa quædam sensibilia invisibilis Gratiæ ad homines iustificandos Divinitus instituta (1).

Eorum vero alia vel Gratiam Dei, qua numquam insignitus quis fuerat, conferunt, vel amissam restituunt, & absolute *necessaria* dicuntur, veluti Baptisma, & post letale animæ vulnus Pœnitentia; alia vero Gratiam ipsam, qua quis fruebatur, tantum augent, atque ad æternam acquirendam salutem apprime utilia censentur: inter quæ nonnulla quidem cunctis Fidelibus

(1) *Can.* 32. *et seqq. Dist.* II. *de Cons.* Ac de aliis huius vocabuli significationibus vid. Vicat. *in Vocab. Jur. utr. h. v.*

Digitized by Google

communia, ut Confirmatio, Eucharistia, Extrema Unctio; nonnulla vero Clericorum, Laicorumve tantummodo propria sunt, veluti Ordo, atque apud nos Matrimonium, quæ postrema quoniam singulis Ecclesiæ membris necessaria vel absolute utilia non sunt, sed pro cuiusvis arbitrio & dispositione dantur, dici solent *Voluntaria*. Insuper ea vel *Characterem*, idest spiritualem quamdam qualitatem imprimunt, cuiusmodi sunt Baptisma, Confirmatio, & Ordo, atque unicâ tantum vice sumuntur, vel Characterem non imprimunt, ac pro necessitate vel utilitate Fidelium iterari queunt (2).

Ut rite administrentur Sacramenta, opus est *materiâ*, vel re quadam sensibili; *formâ*, seu verbis ritibusque ab Ecclesia præscri-

(2) Vid. *Tit.* 16. *Lib.* I. *Decretal.* „ De Sacramentis non iterandis „ ac *Tit.* 9. *Lib.* *V*. „ De Apostatis et reiterantib. Baptisma „ et Interpretes ad eosdem Titulos.

Digitized by Google

ptis; & *ministro*, qui potestatem Sacramentum, de quo agitur, conferendi habeat, idque perficere velit, quod sibi proponit Ecclesia (3).

(3) De Sacramentis generatim vid. Conc. Trid. *Sess.* VII. *can.* 1. *&c.* Catechism. Roman. *Tot. Part.* II. Trombelli, et Juvenin *De Sacramentis*, Martene *De antiq. Eccl. ritib. tot. Lib.* I. Van-Espen I. *E. U. Part.* II. *Tit.* 1. *&c.* Cabassut. *Jur. Can. Th. et Prax. tot. Lib.* III. Migliorucc. aliique Canonicarum Institutionum Scriptores *Lib.* II. *Tit.* 2. &c.

Digitized by Google

TITULUS III.

De Baptismo, & Confirmatione.

Baptisma est Sacramentum, quo per externam corporis ablutionem, verbis adhibitis a Christo præscriptis, tam originale, quàm cetera quævis peccata delentur hominis, qui hoc pacto Christianæ adscribitur Societati, Christique Fidelis efficitur (1).

---

(1) De Baptismate, præter Auctores in *not. anteced.* allegatos, agunt Gratianus *Tot. Dist.* IV. *de Cons. Lib. III. Decretal. Greg. Titt.* 42. *et* 43. et in *Clementin. Tit.* 15. „ De Baptismo &c. „ ac „ De Presbyt. non baptiz. „ Inter Doctores autem Ecclesiæ, Sanctosque Patres Justinus Martyr, Tertullianus, Cyprianus, Dionysius Alexand. Firmilianus Episc. Cæsariensis, Basilius M. Gregorius Nazianz. Gregorius Nyssenus, Siricius Papa, Augustinus, et alii, quorum Opera et Tractatus accurate recenset Tillemontius *H. E. Tom. II. p.* 379. *Tom. III. p.* 302. *Tom. IV. p.* 137. *&c.* 623. *&c.* 266. *&c.* 312. *&c. Tom. IX. p.* 301. *&c.* 685. 463. &c. 609. *Tom. X. p.* 358. *et Tom.*

Digitized by Google

Omnes quidem sunt huius Sacramenti capaces (2), eiusque minister urgente necessitate quilibet esse potest (3) quocumque loco; alias proprio iure Parochus ubi publicum est Baptisterium (4).

Triplex est autem Baptismus, *Fluminis* scilicet vel aquæ, ac ordinarium est Sacramentum, *Flaminis* vel desiderii, & *Sanguinis*: quæ duæ postremæ Baptismi species extraordinariæ sunt, aut subsidiariæ, cum nempe quis moriens aquâ de-

---

XIII. p. 334. &c. 448. *et* 579. &c. Atque inter Canonici Juris Peritos Rieger *I. E. P. III.* §. 835. &c. et Fleury *Disc.* 2. *à l' Hist. Eccl. n.* 7. *Discipl. Pop. Dei Part. II. c.* 2. *ac Dissert.* 1. 2. *et* 3. quas ad *Part. III.* eiusdem Operis ex Cabassutio, et Chardonio adiecit Zaccaria.

(2) Vid. *Can.* 8. 74. *et seq. Dist. IV. de Cons.* atque *Cap.* 3. *de Bapt.*

(3) *Can.* 16. 20. &c. *et Can.* 51. *d. Dist. IV. de Cons.*

(4) *Clem. un. de Baptism.* De Baptisteriis autem vid. Pelliccia *C. E. P. Lib. I. Sect.* 1. *c.* 2. §. 3. Chardon *d. Dissert.* 2. *ad Discipl. Pop. Dei Tom. II. P. III.* ac Du Cang. in *Glossar. med. et inf. Latinit. h. v.*

Digitized by Google

ſtitutus ejuſdem viviſſimo deſiderio flagrat, ſeu Chriſti Fidem martyrio teſtatur; in iisque ſaltem tacite votum adſit oportet ordinarium ſuſcipiendi Baptiſmum aquæ (5).

Rurſus alius eſt *Immerſionis*, quo aquâ totum baptizandi corpus immergitur, alius *Aſperſionis*, quo tantummodo aſpergitur, & alius *Effuſionis*, quo aqua ſuper baptizandi caput, aliamve corporis partem, ſi neceſſitas urgeat, infundi ſolet,

Plures in Baptiſmate adminiſtrando res ac ceremoniæ adhibentur, veluti ſal, cereus, albæ veſtes, recitatio ſymboli, manus impoſitio, exorciſmi &c. quibus adiiciendus *Suſceptorum* aut *Sponſorum* uſus, qui baptizandum præſentare debent, eum a ſacro Fonte ſuſcipere, ac ſi fuerit infans, pro illo Fidem ſpondere, curamque gerere,

(5) Conc. Trid. *Seſs. VII. c.* 2. *De Baptiſm.*

Digitized by Google

ut cum adoleverit Fidei Catholicæ Mysteriis rite instruatur. Ab huiusmodi autem officio excluduntur ii, qui baptizati confirmatique non fuerint, monachi, baptizandorum genitores, quique in sacris cum Fidelibus communicare non possunt (6).

Confirmatio est Sacramentum ordinario Jure ab Episcopo apud nos conferendum, quo per manuum impositionem, ac per frontis unctionem, Chrismate adhibito, legitimâque formulâ, Gratia in Baptismate suscepta roboratur, atque perficitur, ut Fidei Catholicæ fortius adhæreat Fidelis.

---

(6) Vid. Rieger *d.* P. *III. p.* 845. *in Lib. IV. Decretal. Greg. Tit.* 11. *et Sexti Tit.* 3. „ De Cognat. Spir. „ *Can. Placuit* 8. *XVI. q.* 1. &c. Conc. Trid. *Sess. XXIV. c.* 2. *de ref. Matrim.* ac de antiquissimo Susceptorum usu Tillemont. ubi de S. Gregorio Nysseno agit *art.* 12. *H. E. Tom. IX. p.* 593. De Baptismalium autem librorum vi quoad civiles etiam effectus probandi ætatem, conditionem, natales &c. vid. Petri Leopoldi M. E. D. *Lex lata d.* 31. *Mart. an.* 1781.

Digitized by Google

Juxta recentiorem autem in Ecclesia Latina usum pro Episcopi cuiusvis arbitrio iis, qui ratione utuntur, tribui solet, ac in eo quoque Sponsores adhibentur (7).

---

(7) De hoc Sacramento vid. Gratian. *Dist. V. de Cons. Cap. un. §. 7. de Sacra Unctione, Can.* 77. Conc. Eliber. cum Garsiæ, Albaspinei, et Mendozæ *not. in Tom.* II. *Coll. Conc. Mans. p.* 18. 34. &c. 54. &c. *et* 386. *Can.* 48. Laodic. *Ib. p.* 572. cum Sever. Binii *not. p.* 599. De quibus, aliisque huiusmodi Canonibus adeundi quoque Tillemontius *H. E. Tom.* VI. *p.* 156. *Tom.* VII. *p.* 308. &c. Binghamus *Or. Eccl. Lib.* XII. *Tom. IV. p.* 344. &c. Covarruvias Var. Resol. *Lib.* I. *c.* 10. et contra veteres ac recentiores hæreticos, qui huic Sacramento adversati sunt, prælaud. Tillemont. *Tom.* III. *p.* 476. &c. 747. &c. *Ibid.* Natal. Alexander *Dissert.* 10. *in H. E. Sec.* II. et Jo. Dom. Mansius in *not. Ibid. et ad Sec.* IV. *c.* 3. *art.* 1. §. 4.

Digitized by Google

TITULUS IV.

De celebratione Missarum, & Eucharistia.

Eucharistia vel tamquam unicum novæ Legis Sacrificium, vel ut Sacramentum inspici potest (1).

Primo quidem sensu dicitur actus, quo Presbyter ex pane triticeo, vinoque de vite genito, nonnullis aquæ guttis admistis, formulâque usus a Christo Domino institutâ, verum eiusdem Christi Corpus & Sanguinem conficit, Deo-

---

(1) De ipsa vid. Gratian. *De Cons. Dist.* I. *Can.* 11. &c. *et tot. Dist.* II. *in Lib.* III. *Decretal. Tit.* 41. *ap. Greg. Tit.* 14. *in Clem. Tit.* 21. *inter Extrav. Comm. et Tit.* 8. *in Septimo* Petr. Matthæi „ De celebr. Missar. et Sacram. Euchar. „ Conc. Trid. *Tot. Sess.* XIII. *XX*I. *et XX*II. Bingham. *l. c. Lib. XIV*. &c. *Tom.* VI. Rieger *Jur. Eccl. P.* III. §. 817. &c. Fleury *Disc. Pop. Dei P.* III. *c.* 6. &c. ac Dissertt. Cabassutii, Albaspinei, Muratorii, Mabillonii, Foebei &c. adiectæ *Part.* II. *n.* 13. &c. *et Part.* III. *n.* 11. &c. eiusdem Operis.

Digitized by Google

que offert. Ea vero panis & vini conversio in Corpus & Sanguinem Christi *Transubstantiatio* proprie vocatur.

Sacrificium, de quo agimus, cum Celebrantis communione iunctum *Missæ* appellatione solet indicari; & quamvis in Ecclesia universa unum idemque sit, diversis tamen ritibus variis in locis perfici consuevit (2).

Cuilibet autem Sacerdoti, dummodo, si peregrinus fuerit, commendatitias sui Episcopi litteras habeat (3), singulis diebus semel ac mane (4), accensis luminibus, vasibus adhibitis aureis, argenteis,

---

(2) De varia Ecclesiæ Liturgia vid. Martene de *ant. Eccl. ritib. Lib.* I. *c.* 3. &c. Zaccar. *Bibl. Rit. Lib.* I. *c.* 3. &c. et Pelliccia *Chr. E. Pol. Lib.* II. *Sect.* 2. *c.* 5. &c.

(3) *Tot. Dist.* XCVIII. *et Tit.* 22. *Lib.* I. *Decretal.* „ De Clericis peregr. „ Quoad Regulares vero vid. Petr. Leopoldi M. E. D. *Encycl. d.* 19. *Jun. an.* 1784.

(4) Excepto die Nativitatis Domini *Can. nocte* 48. *D.* I. *de Cons.*

Digitized by Google

aut stamneis, candidisque lineis velaminibus, illud celebrare licet.

Eucharistiæ vero Sacramentum est Corporis & Sanguinis Christi a Sacerdote consecrati ad spiritualem Animæ refectionem Divinitus instituta perceptio; atque in hodierna Ecclesiæ Latinæ Disciplina, solis Celebrantibus utramque speciem sumentibus, ceteris vel extra Missam a quocumque Presbytero (Paschali et Infirmorum exceptâ Communione, quæ proprio iure ad Parochum adhuc pertinet) sub unica specie Panis præbetur (5).

Christi fideles laici semel in anno tempore Paschatis (6); Monachi, Monialesque singulis saltem mensibus (7) Eucharistiam

---

(5) De antiquis Eucharistiam ministrandi ritibus vid. Pelliccia *l. c.* Tom. I. *Lib* II. *S.* 2. *c.* 10. §. 13. *et* Tom. III. *Diss.* 1. §. 1. 5. &c.

(6) *Cap. Omnis* 12. *de Pœn. et Rem.* atque Conc. Trid. *Sess.* XIII. *Can.* 9.

(7) *Clem.* 1. §. 2. *De Stat. Mon.* et Conc. Trid. *Sess. XXV. c.* 10. *de Regul.*

Digitized by Google

sumere; Sacerdotes diebus saltem Dominicis, Festisque solemnibus Missam celebrare (8) debent; ac præterea cum quis in mortis periculum inciderit, communicare tenetur, qua de re iubentur Parochi Eucharistiam semper habere paratam (9). Non secus autem ac Celebrantes, omnes, qui ad hoc accedunt Sacramentum, esse debent iustificati, et exceptis ægrotis ieiuni; ac excluduntur infantes, furiosi, hæretici, excommunicati, nauseâ vel vomitu laborantes, et publici peccatores.

---

(8) D. Conc. Trid. *Sess. XXIII. c.* 14. *de ref.*

(9) *Can.* 93. &c. *Dist.* II. *de Cons. Cap.* 1. *et* 10. *De celebr. Missar.* Tit. 44. *Lib.* III. *Decretal.* „ De Custodia Euchar. „ atque Conc. Trid. *Sess.* XIII. *Cap.* 6. *et Can.* 7.

Digitized by Google

suetudinem fere omnibus liberum sit Confessarium sibi eligere, dummodo is ab Episcopo approbatus fuerit, exceptis casibus ipsi Episcopo, Summove Pontifici reservatis (3).

Quoties autem Christi fideles letali crimine fœdati sunt, aut in mortis discrimine constituti, atque unâ saltem vice quotannis ad Pœnitentiam confugere debent (4).

At *Pœnitentiæ* nomine quandoque indicatur etiam simplex satisfactio, quæ laboriosa quædam comprehendit opera a Pœnitentibus perficienda; & vel *publica* est vel *privata*: hæc secreto a Sacerdote imposita privatim vel occulte a pœnitente peragitur; illa publice vel coram Populo fit, ac licet olim plurimum in usu esset, nunc ta-

(3) Conc. Trid. *Sess. XXIII. c. 15. de ref.*

(4) *D. Cap.* 12. *De Pœn. et Rem.* Conc. Trid. *Sess. XIV. Cap. 5. et Can. 8. de Pœnit.* Ac de Medicis, qui ægrotos ad confitendum hortari debent, *Cap.* 13. *Eod.* et Constit. S. Pii V. an. 1566. quæ incipit „ Super gregem Dom. „

TITULUS VI.

De Ordine, ac Extrema unctione.

Extrema unctio est Sacramentum, quo Parochus propriâ utens formulâ, oleoque ab Episcopo benedicto, ægroti cuiusvis Fidelis in mortis periculo constituti, rationis compotis, ac non impœnitentis inungit oculos, os, nares, aures, manus, pedes, ac renes (qui tamen in fœminis omittuntur) & animæ salutem, ac si expediat etiam corporis, per Divinæ Gratiæ vim operatur (1).

Per Sacramentum autem *Ordinis*, nonnullis adhibitis verbis, ac

---

(1) *Can.* 3. *D.* XCV. *Cap. un.* §. 1. *De Sacra Unct. Clem.* 1. *De privil.* Conc. Trid. *Sess. XIV. de Sacram. extr. unct. Epist.* Innocentii I. Papæ *ad Decentium c.* 8. *in Tom. III. Coll. Conc. Mans. p.* 1030. *&c.* Fleury *Disc. Pop. Dei P. II c.* 21. *et ibi Dissert.* 26. Mabillonii, ac Pelliccia *l. c. Lib. VI. S.* 2. *c.* 3.

Digitized by Google

ceremoniis, spiritualis quædam potestas designatur, atque tribuitur, cuius vi sacri Ministerii functiones rite peraguntur (2).

Ordines a proprio tantum Episcopo, vel ex eius mandato conferri possunt (3): *Proprius* autem

---

(2) De sacra Ordinatione præter ea, quæ supra diximus *Lib. I. Tit.* 5. *et seq.* ubi de variis Clericorum Ordinibus egimus, vid. Gratian. *Dist. XLVII. &c. et D. LXVII. &c. in Lib. I. Decretal. Tit.* 11. *ap. Gregor. et Tit.* 9. *apud Bonifac.* ,, De temporib. ordinat. et qualit. ordinandor. ,, *Titt.* 12. *et seq. ap. Gregor.* ,, De Scrutinio in ord. fac. ,, et ,, De ordinatis ab Episc. qui renunciav. &c.,, *Tit.* 14. *ap. Greg. Tit.* 10. *ap. Bonif. et Tit.* 6. *in Clement.* ,, De æt. qual. et ord. præficiend. ,, atque in *Lib. V. Decretal. Greg. Titt.* 27. *et seqq.* ,, De Cler. excomm. dep. vel interd. ministr. ,, De Cler. non ordin. ministr. ,, De Cler. per salt. promoto ,, et ,, De eo, qui furtive ordin. suscepit ,, Conc. Trid. *Sess. XXIII. de Sacram. Ordin.* S. Leonis M. Papæ *Epist. ad Dioscor. c.* 1. *in Tom. V. Coll. Conc. Mans. p.* 1241. *et in Can.* 4. *Dist. LXXV.* Rieger *I. E. Part. II.* §. 384. *&c. et P. IV.* §. 535. *&c.* atque Bingham. *O. E. Lib. IV. Tom. II. p.* 80. *&c.*

(3) *Can. Apost.* 34. *Can.* 16. Conc. Nicæni I. *Can.* 15. Sardicens. ex Græco Cod. vel 18. &c. ex interpretatione Dionysii Exi-

Digitized by Google

Episcopus dicitur quis ratione vel originis, vel domicilii, vel beneficii, vel familiaritatis. Episcopus *originis* est illius Dioeceseos Antistes, in qua quis ortum habuit, non fortuito, sed quòd ibi pater eius habitaverit, alias verum patris domicilium aut origo respicitur (4). *Domicilii* ratione rite quis ordinatur ab Episcopo, in cuius Dioecesi proprium ipse constituit domicilium, quod vel animo acquiritur, cum quis alicubi se sistit cum expressa voluntate ibidem commorandi, vel facto, si maximam rerum suarum partem aliquo transtulerit, ibique notabili tem-

gui, et Isidori Mercat. in *Mansiana Concil. Collect. Tom. I. p.* 35. *Tom. II. p.* 675. *et Tom. III. p.* 18. *&c. Can.* 9. 13. *et* 22. Antioch. relat. a Gratiano in *Can.* 6. *et* 7. *IX. q.* 2. et in *d. Tom. II. p.* 1311. *&c.* Summiq. Pontifices Innocentius I. *Epist. ad Victric. c.* 7. ap. Gratianum in *Can.* 2. *Dist. LXXI.* et Mansium in *d. Tom. III. p.* 1034. ac S. Leo M. *Epist. ad Metropolit. Illyr. c.* 4. *Tom. V. Ib. p.* 1275.

(4) *Cap.* 5. *De temp. Ord. in VI.*

Digitized by Google

pore permanſerit (5): utroque tamen caſu ordinandus voluntatem ibi morandi iuramento firmare debet, atque ab originis Ordinario literas *teſtimoniales* obtinere, quibus conſtet, eum nullo Canonico impedimento ab Ordinibus arceri. *Ex beneficio* quis ordinari poteſt ab Epiſcopo Diœceſeos, in qua beneficium obtinuit, dummodo easdem Ordinarii ſui literas exhibeat. Quod de illo quoque dicendum, qui *familiaritatis* ratione, quia ſcilicet cum Epiſcopo ſaltem per triennium habitaverit, ab eodem ordinatur; quo tamen caſu præterea debet Epiſcopus ei beneficium conferre. At Summus Pontifex omnibus, & ubique Ordines præbere poteſt (6).

---

(5) *L.* 2. *et* 7. *Cod. De incolis &c. et L.* 20. *D. Ad Municipal.*

(6) Vid. *Cap.* 12. *De temp. Ordin. Cap.* 7. *De Maior. et Ob.* et ibi Gloſſa, Conc. Trid. *Seſs. XXIII. c.* 9. *de ref.* De Regularium autem ordinatione vid. Petri Leopoldi M. E. D. *Encycl. d.* 19. *Jun. an.* 1784.

Digitized by Google

Is, cui ordinandi ius est, *dimissorias* etiam, ut aiunt, Epistolas iure concedit, ut Clerici eidem subiecti vel a quodam in eis designato Episcopo, vel a quocumque ordinentur; sede autem Episcopali vacante, post annum a die vacationis Capitulum Cathedralis Ecclesiæ illas præbendi facultatem habet (7).

Ab inferioribus ad superiores Ordines gradatim, non furtive, ac rite observatis canonicis interstitiis, transeundum; statutis quoque temporibus iidem conferendi, Sacri nempe sabbatis quatuor Temporum, aut præcedentibus Pascha & Dominicam Passionis, minores autem Festis diebus; atque in maiorum Ordinum collatione tam Ordinans quàm Ordinandus ieiunium servare debent.

---

(7) Conc. Trid. *Sess. VII. c.* 10. *&c. de ref. et Sess. XXIII. c.* 8. *et* 10.

Digitized by Google

ſeſtâ conditione, vel conſtituto tempore ad nuptias contrahendas Jure Communi obligentur (3).

At iuſtæ Sponſalia diſſolvendi cauſſæ cenſentur: Sponſi ſponſæve obitus; mutuus contrahentium diſſenſus, vel unius tantum, ſi impubes contraxerit, atque a carnali abſtinuerit coniunctione (4); alterutrius matrimonium *de præſenti* cum alia perſona initum (5); unius contrahentis abſentia, qui altero inſcio vel invito domicilium mu-

---

(3) *Cap.* 10. *De Sponſalib. Cap.* 1. *De ſponſa duor. et Cap.* 7. *De deſp. impub.* Vid. tamen Innocentii III. et Lucii III. monita in *Capp.* 2. *et* 17. *Eod. Tit. de Sponſal.* et quoad civilem Sponſalium obligationem *L.* 1. *Cod. De Sponſal. L.* 2. *Cod. De repud. L.* 2. §. 2. *&c. D. De divort.* ac recentiores hac de re Leges Ferdinandi IV. utr. Sicil. Regis *d.* 11. *Decemb. an.* 1780. *n.* 4. *&c.* Joſephi II. Imp. in eiuſdem *Cod. Civ. Part. I. c.* 3. Petri Leopoldi Imp. *d.* 3. *Novemb.* 1790. ac Ferdinandi III. M. E. D. *d.* 30. *Januar. an.* 1793.

(4) *Cap.* 1. *De Reg. Jur. et Cap.* 8. *De deſpons. impuber.*

(5) *Cap.* 15. 22. *et* 31. *De Sponſalib. et Cap.* 1. *De ſponſa duor.*

Digitized by Google

taverit, seu cito non si... rus (6); profeſſio religioſa etiam ordinis regularis ſus (7); maiorum Ordinum ſuſceptio, ac votum continentiæ ſuperveniens impedimentum ...mens matrimonii (9); lapſus temporis, intra quod nuptiæ debuerant (10); ſi adiecta non pleatur conditio (11); dolus; ...rnicatio non modo corporalis, ſed etiam ſpiritualis, veluti apoſtaſia, hæreſis &c. (12); ac mutatio notabilis in bonis animi, corporis, famæ, aut fortunæ alterutri ſuperveniens, cuiuſve cauſſam alter igno-

---

(6) *Cap. 5. De Sponſal.*

(7) *Cap. 16. Eod. et Cap. 2. De convers. coniug.*

(8) *Tit. 6. Lib. IV. Decretal.* „ Qui Clerici vel voventes &c. „

(9) *Cap. 9. De eo qui cognov. &c. et Cap. 2. De conſang. et affin.*

(10) *Cap. 22. De Sponſalib.*

(11) *Tit. 5. d. Lib. IV. Decretal.* „ De conditionib. appoſitis in deſpons. &c. „

(12) *Can. 6. et 8. XXVIII. q. 1.* atque *Cap. 25. De Jureiur.*

Digitized by Google

rabit, quamvis tempore initi contractus existeret, veluti furor, insignis aliqua turpitudo &c. (13).

Post contracta vero Sponsalia, ne Matrimonia irrita fiant, a proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus festis inter Missarum solemnia publice denunciari debent eorum nomina, inter quos matrimonium est contrahendum, & cuicumque iniungitur, ut si quod inter eos agnoscat vel occultum impedimentum, id detegat (14).

Matrimonii Sacramentum est actus, quo mas & fœmina legitimam ineuntes societatem procreandæ ac educandæ sobolis caussâ, & iuxta Ecclesiæ statuta ius ad individuam vitæ consuetudinem invi-

(13) *D. Cap. 25. De Jureiur. Cap. 24. De Sponsal. et Cap. ult. De coniug. lepros.*

(14) *Cap. 27. De Sponsalib. Cap. 3. De clandest. desponsat. Cap. ult. Qui Matrim. accusare poss.* Conc. Trid. *Sess. XXIV. c. 1. de ref. Matrim. et Sess. XXV. c. 18. de ref.* Ac de Sponsalium proclamatione apud Veteres vid. Pelliccia *Chr. Eccl. Pol. L. S. 1. c. 1.*

cem ſibi tradentes Divinam Gratiam aſſequuntur ad coniugii onera perferenda. Dum vero per mutuum conſenſum animi tantum coniunguntur, *Ratum* dicitur Matrimonium; poſt corporum coniunctionem *Conſummatum* appellari ſolet.

In Matrimonio mutuus ac liber omnino contrahentium conſenſus adeſſe debet, qui ſignis etiam, atque inter abſentes per procuratorem exprimi poteſt: quo ſane caſu alium Procurator ſibi ſubſtituere prohibetur, & mandati revocatio, licet ad Procuratoris notitiam non pervenerit, actum ab eo geſtum nullum efficit (15).

Quamvis autem Jure Civili eorum, qui contrahentes habent in poteſtate, conſenſus, ac certa in contrahentibus ætas requiratur; Canonico tamen, his deficientibus, illicitæ quidem, non irritæ nuptiæ cenſentur (16).

---

(15) *Cap. ult. De Procurator. in VI.*
(16) *Cap.* 1. *De coniug. ſervor.* Concil.

Digitized by Google

TITULUS VIII.

De Cognatione, atque Affinitate:

Præter vinculum, quod Matrimonium inter coniuges gignit, eiusdem effectus ad alias quoque personas extenditur. Inter ipsos itaque coniuges ac liberos, qui ex eorum Matrimonio nascuntur, quique cum illis censentur eiusdem sanguinis esse, communis quædam

---

Trid. *Sess. XXIV. c.* 1. *de ref. Capp.* 2. 3. 8. *et ult. De desp. impub.*

De recentioribus autem Legibus quæ vetus Jus Romanum imitatæ consensum Parentum, ut Nuptiæ valerent, necessarium esse constituerunt, vid. Douiat. *ad Instit. Lancellotti Lib. II. Tit.* 11. §. 1. Ferdinandi IV. utriusque Siciliæ Regis Constitt. *d.* 10. *Apr. an.* 1771. *et* 11. *Decemb. an.* 1780. Sardiniæ Regis *Edictum d.* 22. *Jul. an.* 1782. Imp. Josephi II. *Statut. d.* 16. *Januar. an.* 1783. *n.* 3. *&c.* et eiusdem *Cod. Civ. Univ. P. I. Cap.* 3. §. 5. *&c.* Ex Lege vero Ferdinandi III. M. E. D. *d.* 30. *Januar. an.* 1793. *n.* 1. cognitio caussarum Matrimonii rati Episcopis reservatur.

Digitized by Google

inducitur necessitudo, aut propinquitas, quæ *naturalis* vel *carnalis Cognatio* dicitur, atque inter alios coniugum consanguineos & eosdem liberos, non secus ac inter ipsos invicem ex Matrimonio descendentes continuatur, ita ut *Cognatio* hæc definiatur: propinquitas personarum ex eodem stipite provenientium (1).

Arbor seu *Stemma* Cognationis est delineata descriptio ac dispositio graduum, qui ex generationibus inter cognatos profluunt, ita ut per *gradus* unius personæ ab alia distantiam in Cognatione dimetiamur. *Stipites* dicuntur Coniuges, a quibus per Matrimo-

(1) Vid. *L.* 4. §. 2. *D. De grad. et affin.* et Guadagni *Inst. Jur. Civ. Lib. I. Tit.* 10. §. 9. De naturali Cognatione, atque Affinitate agunt Gratianus *Tot. Caus. XXXV.* Gregorius IX. *in Lib. IV. Decretal. Tit.* 14. Bonifacius VIII. *Tit. un.* eiusdem *Libri in VI.* ac Petr. Matth. *in VII. Tit.* 2. Van-espen. J. *E. U. Part. II. Tit.* 13. *c.* 5. Rieger I. *E. Part.* IV. §. 116. *&c.* et Schmier *Tom.* III. *p.* 117. *&c.*

nium ii, de quibus agitur, in unaquaque Cognatione deſcendunt; ac series perſonarum a primo ſtipite provenientium vocatur *Linea*, quæ vel recta eſt, vel obliqua: prima continet illos, quorum ſinguli a ſingulis recto ac non interrupto tramite geniti ſunt, ſive ſuperius, ut Pater, Avus, Proavus &c. ſive inferius, ut Filius, Nepos, Pronepos &c; in ſecunda vero (quæ *transverſa* quoque appellatur, vel *collateralis*) ſunt qui non continuâ ſucceſſione unus ex alio deſcendunt, ſed a communi ſtipite provenientes ab eodem æquali vel inæquali graduum numero diſtant, veluti Frater et Soror, Patruus et Fratris Filius &c.

In linea recta Jure tam Civili quam Canonico gradus ita computantur, ut tot iidem ſint, quot generationes inter eos, de quibus agitur, inveniuntur. Sed in obliqua inter utrumque Jus multum diſcriminis intercedit; nam Civile quidem tot admittit gradus int

personas, de quibus agitur, quot generationes sunt inter ipsas, ita ut ab una ex iis ascendatur ad communem illarum stipitem, atque inde ad alteram descendatur, totque inter eas gradus numerentur, quot in eiusmodi veluti ascensu ac descensu generationes occurrunt: Jus vero Canonicum eâ methodo utitur, ut si personæ, de quibus quæstio est, æque a communi earumdem stipite distent, tot inter eas computentur gradus, quot sunt inter unamquamque ipsarum & communem illarum stipitem generationes; si autem inæqualiter, ad gradus inter eas indicandos generationes inter remotiorem tantum & communem eumdem stipitem numerentur (2).

Aliud quoque vinculum est inter unumquemque Coniugem &

---

(2) Sequenti Schemate Arbor exhibetur Cognationis, in quo Romani obliquarum linearum numeri denotant gradus Canonici, alii vero Civiles.

Pag. 168

168 a

4.5.169

Digitized by Google

Digitized by Google

alterius Coniugis consanguineos, quod *Affinitas* dicitur, & ex carnali corpo[illegible] coniunctione tantum promanat. In ea gradus ac lineæ proprie non sunt, quia veræ desunt ab uno eodemque stipite generationes; at lineas gradusque affinitas mutuatur a cognatione, quique in linea re[illegible] vel transversa, & in gradu quovis unius coniugis cognati sunt, ii quidem alterius in eadem linea, graduque affines vocan[illegible] ita [illegible] cognati ex. gr. viri n[illegible] contrahant cum cog[illegible] affinitatem.

[illegible] autem propria & legitima cognatio, affinitasque oriantur ex vero iustoque Matrimonio, impropriam tamen cognationem quamdam, affinitatemque producunt etiam illicitæ coniunctiones, ita ut ex ipsis quoque impedimenta matrimonio fiant (3).

(3) Vid. *L.* 1. §. 3. *D. De concub. L.* 4. *Cod. De nupt. Tot. Tit.* 13. *Lib.* IV. *Decret.* „ De eo, qui cognov. consanguin. uxor. &c. „

Digitized by Google

TITULUS IX.

De Impedimentis Matrimonii.

Quæ nuptiis contrahendis Naturali vel Positivo Jure obstant *Impedimenta* vocantur; ac vel *impedientia* tantummodo sunt, quæ matrimonium impediunt contrahendum, contractum autem non irritant, vel *dirimentia*, quæ tam contrahendum impediunt, quàm contractum solvunt coniugium (1).

Primi quidem generis sunt: *Tempus feriatum*, idest ab initio Adventus usque ad Epiphaniam, & a die Cinerum usque ad octavam Paschatis; *Ecclesiasticum Interdictum*, vel decretum Superioris, quo nuptiæ vetantur; *Catechismus*, vel

---

(1) De Impedimentis Matrimonii generunt Bingham. *O. E. Lib.* XXII. *c.* 2. X. Van-Espen I. *E. U. Part.* II. *T.* [illegible]mier *Jur. Can. Civ. Lib.* IV. *Tr.* 3. et Rieger *Jur. Eccl. P.* IV. §. 77. *&c.* 100. *&c.*

Digitized by Google

inſtitutio Catechumeni; *Sponſalia de futuro* cum alia perſona inita; & *ſimplex votum* caſtitatis, vitæve Regularis (2).

Dirimentia vero impedimenta cenſentur: Error circa perſonæ ſubſtantiam, non circa qualitates, niſi certam quis qualitatem ita præ oculis habuerit, ut eâ deficiente, inire noluerit matrimonium, cuius quidem generis ab Jure præſumitur error circa libertatem (3); Conditio contractui coniugali appoſita & non impleta (4); Votum

(2) *Can.* 8. *XXX*III. *q.* 4. *Cap.* 4. *de Feriis*, et Conc. Trid. *Seſs. XXIV. c.* 10. *de ref. Matr. Tot. Tit.* 16. *Lib.* IV. *Decret.* „ De Matrim. contracto contr. Interd. Eccles. „ *Cap.* 3. *De cland. deſp. et Cap.* 4. *De ſpons. duor. Cap.* 5. De *Cognat. Spir. et Cap.* 2. *Eod. in* VI. *Cap.* 6. *Qui Cler. vel vovent. &c.* atque *Cap. un.* De *vot. et voti red. in* VI.

(3) *Quæst.* 1. *Caus. XXIX. Cap.* 2. *et ult.* De *coniug. ſervor.*

(4) Vid. *Tit.* 5. *Lib.* IV. *Decretal.* „ De conditionib. appoſitis &c. „ et ib. Interpr. Conditio tamen turpis aut impoſſibilis habetur pro non adiecta, niſi contra naturam fuerit ipſius coniugii, quo caſu matrimonium caret effectu *Cap. ult. Ibid.*

cum promiſſione futuri matrimonii, vel cum legitimi coniugis occiſione, aut inſidiis in eius necem inſtructis animo contrahendi connubii, licet ab uno tantum ex adulteris altero inſcio, vel etiam ſine adulterio coniugis cædes cum promiſſione animove matrimonium cum ſuperſtite ineundi (9); Cultus diſparitas, quæ Fidelem inter & Infidelem locum habet (10); vis, ex qua gravis periculi metus uni ex contrahentibus, vel utrique iniuſte incutitur, niſi poſterius metuens liberum præbuerit aſſen-

---

adoptionem 17. *D. De Rit. Nuptiar.* quæ refertur a Gratiano in *Can. 6. Ead. C. et Q. Tit.* 12. *Lib.* IV. *Decretal.* „ De Cognat. Legali „ et ibi Gloſs. *L. Adoptivus* 14. *et L. Quia etiam* 55. *D. De Rit. Nupt. ac* §. 1. *Inst. Tit. De Nupt.*

(9) *Can.* 1. -- 7. *XXXI. q.* 1. *et Tit.* 7. *Lib.* IV. *Decretal.* „ De eo, qui duxit in matrimonium &c. „

(10) Matrimonium enim inter Catholicos et hæreticos illicitum quidem, non tamen irritum cenſent Doctores ex *Cap.* 14. *De hæret. in* VI.

Digitized by Google

sum (11); sacri Ordines ante nuptias suscepti (12); alterius Matrimonii vinculum adhuc constans, etsi primum ratum solummodo fuerit, alterum vero & consummatum (13); *publica honestas*, qua prohibetur quis contrahere matrimonium cum illius consanguinea, cum qua valida sponsalia, sive matrimonium tantummodo ratum contraxerat: atque illo quidem casu ad primum, hoc vero ad quartum usque gradum extenditur impedimentum (14); affinitas in linea recta in infinitum, & in transversa ex licita quidem coniunctione proveniens ad quartum, ex il-

(11) *Cap.* 1. 21. *et* 28. De *Sponsal.* Glossa in *Cap.* 6. *De his, quæ vi &c.* Conc. Trid. *Sess. XXIV. c.* 9. *de ref. Matrim.*

(12) *Extrav. Joann. un.* De *voto &c. L.* 45. *Cod.* De *Episc. et Cler.* Justinian. Nov. VI. *Cap.* 1 [illegible] et Leon. *Novel.* III.

(13) *Cap.* 3. *et* [illegible] *spons. duor. Cap.* 8. [illegible] *Divort.* ac [illegible] Gra[illegible] *Caus. XXXIV. q.* 1. *et* 2. et Co[illegible] *Sess. XXIV. Can.* 2.

(14) *Cap.* 10. *Qui fili*[illegible] *&c. Cap. un.* De *sponsal. in* VI. et Conc. Trid. *d. Sess. XXIV. c.* 3. *de ref. Matrim.*

Digitized by Google

licita vero ad secundum usque gradum iuxta Canones computatum (15); si celebratum non fuerit coniugium coram Parocho & duobus testibus (16); impotentia perpetua ante matrimonium orta (17); & raptus connubii contrahendi caussâ, nisi persona, quæ abducta fuit, in tuto posita vim illatam proprio liberoque consensu purgaverit (18).

Adiuvandæ autem memoriæ caussâ impedimenta, quæ dirimunt matrimonium, his versibus indicari solent:

„ Error, Conditio, Votum, Co-
[illegible]men,
„ Cultus disparitas, Vis, Ordo,
Ligamen, Honestas,

---

(15) *Cap.* 1. *et* 8. *De consang. et affin.* atque Conc. Trid. *loc. c.* *Cap.* 4.

(16) *Tit.* 3. *Lib.* IV. *Decretal.* „ De clandest. desponsat. „ et Conc. Trid. *ibid. Cap.* 1.

(17) Tot. Quæst. 1. Caus. XXXIII. Can. 29. *XXVII. q.* 2. *et Tit.* 15. *d. Lib.* IV. *Decretal.* „ De frigid. et maleficiat. „

(18) *Can* 27. Conc. Chalcedon. relat. a Gratiano in *Can.* 1. *XXXVI. q.* 1. *et in Tom.* VII. *Coll. Concil. Mans. p.* 370. *Cap.* 6. *et seq. De rapt.* et Conc. Trid. *l. c. Cap.* 6.

„ Si sis Affinis; si Clandestinus, & Impos,
„ Raptave sit mulier, nec parti reddita tutæ:
„ Hæc facienda vetant connubia, facta retractant.

Impedimentorum accusationi assignatur tempus denunciationum (19), post quod nemo admittitur, nisi, præstito iuramento, legitimam probet silentii caussam. Quoad accusantes autem, si de illis agamus impedimentis, quæ contrahentium consensu tolli possunt, cuiusmodi sunt metus, error, impotentia &c. ea non nisi Coniuges ipsi, quorum interest, accusare possunt; si vero de aliis, omnes admittuntur: immo nec proximiorum consanguineorum accusationes, vel testimonia reiici solent (20).

---

(19) De quibus egimus *Tit.* 7. *h. Lib.*

(20) *Tot. Quæst.* 6. C. *XXX*III. Can. 1. &c. *XXXV. q.* 6. Can. 5. *et* 8. *XXXVI. q.* 6. *Tit.* 18. *Lib.* IV. *Decretal.* „ Qui Matrimon. accusare poss. vel contra illud testific. „ *Cap.* 2. De *conjug. servor. et Cap.* 4. De *frig. et malef.*

TITULUS X.

De Divortiis, & secundis Nuptiis.

Matrimonium tamquam Sacramentum initum, et consummatum, viventibus coniugibus, quoad vinculum est prorsus indissolubile (1); verum ex iusta caussa quoad torum et cohabitationem mulier a viro ita separari potest, ut vinculum firmum maneat, ac neutri ad novas convolare nuptias ius sit (2).

---

(1) De solutione Matrimonii quoad vinculum apud Romanos vid. Gravina *Orig. Jur.* *Lib* II. *n.* 29. *et Lib.* III. *n.* 58. *Tit.* 2. *Lib. XXIV. Digestor.*,, De Divortiis, et repudiis ,, ac *Tit.* 24. *Lib. V. Cod.* ,, Divortio facto &c. ,,

(2) *Can. Apost.* 47. *in Mansiana Concilior. Collect. p.* 39. *Tom.* I. *Can.* 17. Conc. Milevitani II. vel *Can.* 69. Africani relat. *Cod. Afric. n.* 102. a Gratiano in *Can. Placuit* , XXXII. *q.* 7. et a Mansio in *d. Coll. Tom.* III. *p.* 806. *et Tom.* IV. *p.* 331. *Can. Epist.* 1. S. Basilii ad Amphiloch. in *Append. d. Tom* III. *p.* 1191. *&c.* Innocentius I. Papa *Epist. ad Exuper. c.* 6. *ibid.*

Digitized by Google

Alterutro vero moriente coniuge, matrimonii vinculum omnino solvitur, superstitique permittitur ad secundas transire nuptias, dummodo certa & indubia sit mors primi coniugis; immo post secundi coniugis morte[illegible] tertias quoque alter convolare potest, ac deinceps ad quartas, cum istiusmodi nuptiis ab Jure nostro nullus imponatur modus (4).

propter adulterium, deque hac apud Veteres quæstione.

(4) Vid. S. Hieronymi Epist. XI. apud Tillemont. *H. E. Tom.* XII. *p.* 79. ac „ De secu[illegible]iis „ est T*it.* 21. *Lib.* IV. *Decret.* [illegible] vid. C*ap.* 19. De *Sponsalib. Nov.* CX[illegible] *c.* 11. *Justinian.* S. Basilius M. *Epist.* II. *ad Amphiloch.* Can. 14. *et* 19. relat. in *Appena.* Tom. III. C*oll.* Conc. *Mans. p.* 1206. *sub n.* 31. *et* 36. S. Leo M. *Epist. ad Nicet. Episc. Aquilei. c.* 1. *&c. Tom. VI.* d. *Coll. p.* 331. *&c.* a que Pelliccia *De Chr. Eccl. Pol. Lib. VI.* [illegible] 1. *c.* 4. ubi de secundarum nuptiarum [illegible]ubus agit.

TITULUS XI.

De Cultu Divino, Diebus Festis &c.

D*ei Cultus*, quo nempe officia hominum erga Deum absolvuntur, duplex est: alius *internus*, quo debitam supremo Numini venerationem & obedientiam reconditis animi nostri actibus testamur, *exterior* alius, quo intimam ipsam, qua pervadimur, erga Deum reverentiam externis quibusdam indiciis patefacimus (1): atque inde orti Ecclesiastici *Ritus*, sive actus exteriores illi, formulæve, quibus in Sacris peragendis Ecclesia utitur (2); & *Sacræ Preces*, *Hymni*, *Ro-*

---

(1) Vid. Fleury *Inst. Jur. Eccl. P. II. Cap.* 1. *&c.* Rieger *Jur. Eccl. Proleg. Part. I.* §. 28. *&c.* 40. *&c. ac Ceremonies et Coutumes religieus. Dissert. I. sur le culte relig. &c.*

(2) Fleury *Disc.* 3. *à l'Hist. Eccl. n.* 23. *et Discipl. Pop. Dei P. II. c.* 11. *&c. P. III. c.* 3. *&c.* atque ibi adiectæ a Zaccaria Dis-

gationes &c. quibus ab antiquissimis usque temporibus Deum colere Christi fideles publice consueverunt (3).

Huc quoque referenda ex Apostolica Traditione proveniens *Festorum*, aut dierum, qui principalium Religionis nostræ Mysteriorum, Sanctorumve Hominum commemorationi destinantur, celebra-

sertatt. Azevedi *Tom. I. p.* 192. *&c.* Fœbei, Mabillonii &c. *Tom. II. p.* 81. *&c. Edit.* 1761. ac Van-Espen *I. E. U. Part. I. Tit.* 22. *c.* 7. *n.* [illegible]. *&c. et Part. II. Tit.* 5. *c.* 1.

(3) De [illegible] videndi Origines, S. Joannes Chrysostomus, aliique veteres Patres apud Tillemontium *H. E. Tom. III. p.* 579. *&c.* 673. *&c. Tom. XI. p.* 379. *&c. Can.* 15. *et seqq.* Conc. Laodiceni cum Sev. Binii *not. in Tom. II. Collect. Concil. Mansi p.* 568. 596. *&c. Can.* 70. Conc. Afric. vel Millevitani II. relat. in *Cod. Afr. n.* 103. *et in Tom. III. d. Coll. Conc. p.* 807. *ac Tom. IV. p.* 330. *Can.* 23 [illegible]thag. III. vel *Can.* 21. Hippon. *in d.* [illegible]*. III. p.* 884. *et* 922. Agobardus Episc. Lugdunens. ,, De Div. Psalmodia ,, apud Natal. Alexandr. *H. E. Sec. IX.* [illegible]. *a.* 10. *n.* 16. atque Bingham. *O. E. Lib. XIII. c.* 1. §. 7. *&c. c.* 4. *&c. c.* 9. §. 7. *&c. et c.* 10. *&c.*

Digitized by Google

Ut autem Fidelium animi ad sublimiora contemplanda Mysteria vel ad Sanctorum Virorum virtutes imitandas per corporis abstinentiam excitarentur, a primis Eccleſiæ incunabulis *vigiliæ*, ac *ieiunii dies* constitui cœperunt, quibus a carnibus, ovis, lacticiniis, et post unicum prandium ab aliis etiam cuiusvis generis comesturis abstinere oportet, quadam tamen cœnæ loco introductâ per consuetudinem tenui refectione (5).

cui [illegible] alu[illegible] [illegible]a *Tosc. Legislaz. Tom. XIII. p.* 5[illegible] [illegible]*om. XVI. p.* 15. *&c. et Tom. XX*[illegible] 51. *&c.*

De [illegible]um autem celebratione generatim agunt Gratianus *Dist. III. de cons.* Van-Espen *I. E. U. Part. II. Tit.* 17. Bingha[illegible] *[illegible]r. Eccl. Lib. XX.* Fleury *Inst. I. E. P. I*[illegible] *c.* 1. *n.* 3. *&c. et Disc. Pop. Dei P. III. c.* 9. ibique vid. Dissert. Filesaci, Albaspinei &c. Stabili *Exposiz. del terzo Precetto &c.* atque Martene *De ant. Eccl. Ritib. Lib. IV. c.* 9. *&c.*

(5) *D. Dist. III. de cons. a Can.* 6. *usque a*[illegible] [illegible]6. *et Tit.* 46. *Lib. III. Decretal.* „ De [illegible]vat. Jeiunii „ *Can. Apost.* 68. cum Sever. Bin[illegible] *not. in Tom. I. Collect. Conc. Mans.*

TITULUS XII.

De Vestibus, Vasibus, Locisque sacris.

Ecclesiæ Ministrorum vestes vel *civiles* vocantur, quibus communiter dum publice incedunt, vel *sacræ*, quibus in sacris tantum peragendis iidem utuntur (1).

---

p. 43. 64. *&c. Can.* 49. -- 52. Conc. Laodiceni cum eiusdem Binii *not. Ibid. Tom II. p.* 572. *et* 599. relat. a Gratiano in *Can.* 8. *d. Dist.* III. *de Cons. et in Can.* 8. *et seq. XXXIII. q.* 5. ubi tamen Canon. 51. Laodicenus Concilio Martini tribuitur; Timothei Alexandrini *Respons. Canon.* 8. *et* 10. *in Append.* Tom. III. *d. Coll. Conc. p.* 1251. *&c.* Ac vid. Tillemont. *H. E.* Tom. VII. *p.* 305. Tom. *IX. p.* 297. *&c.* Tom. *XI. p.* 68. Tom. XIII. *p.* 265. *et* Tom. *XV. p.* 418. ubi plures Conciliorum Canones, veterumque SS. Patrum sententiæ de Ieiunio referuntur; Bingham. *O. E. Lib.* XXI. Fleury *Discipl. Pop. Dei P.* II. *c.* 6. *et ibi Dissertatt.* 8. *et seqq.* Cabassutii, Albaspinei, Ciampinii, Muratorii, Sbaraleæ &c.

(1) De Clericorum vestibus videndi præter Auctores supra citatos *Lib.* I. T*it.* 4. *n.* 2. *Cann.* 22. *et* 23. Conc. Laodic. apud Gratianum in *Can.* 27. *et seq. Dist.* XXIII. et apud

Digitized by Google

Ex vetustissimo autem usu adhibentur in Ecclesia luminaria, sacri codices, vasa, mensæ vel altaria, linteamina, ornamenta &c. (2), non secus ac

---

Mansium cum Sev. Binii *not. in* Tom. II. *Coll. Concil. p.* 568. *et* 597. Card. Bona *Rer. Liturg. Lib.* I. *c.* 24. Fleury *loc. cit. P.* III. *c.* 6. *et ibi Dissert.* XI. Mabillonii, Tillemont. ubi de S. Augustino, ac de S. Cœlestino I. Papa loquitur *H. E. Tom.* XIII. *p.* 221. *&c. et* Tom. XIV. *p.* 151. *&c.* et Iac. Sirmondi *not. ad Epist.* d. Cœlestini ad Episc. Viennens. et Narbon. *in Tom.* IV. *d. Coll. Conc. p.* 464. *&c. et* 468.

(2) De cereis ac lumin[illegible] Can. 34. Conc. Eliber. cum [illegible], Mendozæ *not. in* T[illegible] *d. Coll. Conc. p.* 11. 32. 45. *&c.* 253. *&c.* S. Hieronym. contra Vigilant. ap. Tillem. *H. F. Tom.* XII. *p.* 287. *&c.* et P[illegible] *Pol. Lib.* II. *Sect.* 1. *c.* 6.

De sacris vasibus Pelliccia *ib. c.* [illegible]. *et Dissert.* I. §. 2. *&c. Tom.* III. Card. Bona *Rer. Liturg. Lib.* I. *c.* 25. et Bingham. *Or. Eccl. L.* VIII. *c.* 6. §. 21.

De altaribus Tillemont. *H. E. Tom. VI. p.* 133. *&c. et Tom.* VIII. *p.* 158. atque Can. 20. Conc. Epaonens. an. 509. ap. Natal. Alexandr. *H. E. Sec.* VI. *c.* 5. *a.* 5.

Ac de ornamentis, aliisque huiusmodi, præter Scriptores nuper citatos, Fab. de

Digitized by Google

sacræ Domus, quæ loca sunt, ubi Christi Fideles ad pia Religionis officia, mysteriaque celebranda simul congregantur (3); atque ut ædificari publice possint, oportet, ipsa loca sacris perficiendis esse apta, congruam eisdem adsignari dotem, ac adesse consensum Episcopi, cuius in Diœcesi eriguntur, & eorum, quorum interest, qui sane consensus, si iusta sit novæ construenda sacræ Domus caussa, omnino præbendus (4).

Albert[illegible] *[illegible] De sacris utensilibus Edit. Romæ an. 1783. Tom.* II. *fol.*

(3) Eæ dicuntur etiam *Ecclesiæ, Basilicæ, Domus Dei, Tituli &c.* De quibus vid. Bingham. *l. c. Lib.* VIII. *c.* 1. *&c.* Pelliccia *d. Lib.* II. *Sect.* 1. *c.* 1. *&c.* Boehmer *Exerc. VI.* §. 33. *ad Pand.* Tillemont. *H. E. Tom.* III. *p.* 274. *&c. Tom. IV. p.* 330. *Tom. V. p.* 20. *&c.* 26. *&c.* 102. *&c.* 113. *&c. et Tom. VI. p.* 196. Van-Espen *I. E. U. Part.* II. *Tit.* 16. et Rieger *I. E. Part.* III. §. 778. *&c.*

(4) Vid. *Tit.* 48. *Lib.* III. *Decretal.* „ De Ecclesiis ædificandis vel reparandis „ *Can.* 4. Concil. Chalcedon. *Can.* 33. Aurelian. IV. an. 541. &c. apud Natal. Alexand. *H. E. Sec. V. c.* 3. [illegible] 13. §. 18. *et Sec.* VI. *c.* 5.

Reparationi vero sacrarum publicarum Ædium is primum providere debet, qui caussam ruinæ dedit; mox ad id reditus adhibendi, qui ex Ecclesiæ Bonis eiusmodi usui destinari solent; quibus deficientibus, ii qui fructus ex eisdem percipiunt, Patroni, ac si cum Animarum cura sint, Parœciæ ipsius incolæ supplere debent; si vero ab his omnibus eæ reparari nequeant, ad Matrices, vel ad viciniores Ecclesias transferendæ, ac dirutæ in profanos usus converti possunt (5).

Religiosis quoque locis accen-

---

a. 17. Gelasius I. Papa *in Epist. ad Episc. Lucan. c.* 4. relat. a Gratiano *in Can.* 6. *D.* I. *de cons. et in Tom.* VII. *Coll. Conc. Mans. p.* 38. Nov. Justinian. 67. *c.* 1. *&c.* atque Conc. Trid. *Sess. XXI. c.* 4. *de ref.* De privatis autem Oratoriis &c. vid. Van-Espen *d. Part.* II. *Tit.* 5. *c.* 8. *et d. Tit.* 16. *c.* 2. ac Petri Leopoldi M. E. D. *Lex d.* 4. *Febr. an.* 1786.

(5) Vid. Thomassin. *V. et N. E.* D. *Part.* III. *Lib.* II. *c.* 2. *&c.* 12. *&c.* et Van-Espen *I. E. U. Part.* I. *Tit.* 5.

sentur *Cœmeteria* **humandis** Fidelium cadaveribus destinata, *Monasteria*, & *Hospitalia*, quibus Oratoria quædam ut plurimum annecti solent, eorumque cura Jure Communi ad Episcopos pertinet (6).

---

(6) Vid. in *Lib.* III. *Decretal. Greg. Tit.* 28. *Sexti Tit.* 7. *et Extrav. Commun. Tit.* 6. „ De Sepulturis „ atque in eisdem Collectionibus *Titt.* „ De Religiosis Domibus &c. „ et „ De Capellis Monachor. „ Ibiq. Interpretes; *Can.* 8. Conc. Chalced. relat. a Gratiano *in Can.* 10. §. 1. *X*VIII. *q.* 2. et a Mansio *in Tom.* VII. *Coll. Conc. p.* 362. Conc. Trid. *Sess.* VII. *c.* 15. *Sess. XX*II. *c.* 8. *&c. de ref. et Sess. XXV. c.* 8. *de ref.*
In specie vero de sepulturis &c. S. Augustinus De *cura mortuorum* ap. Tillemont. *H. E. Tom. X*III. *p.* 834. *&c.* Spondanus *Cœmeter. sacra*, Muratori *Anecdot. Tom.* I. *Disquis.* 17. *et Anecdot. Græc.* **Disquis.** 3: Allegrantia D*issert.* De *Sepulchr. Christianor.* et Leges MM. E. DD. Petri Leopoldi *dd.* 2. *Januar. an.* 1777. 13. *Aug.* 1778. 20. *Mart. et* 6. *Apr.* 1784. ac Ferdinandi III. *d.* 12. *April. an.* 1793.
De Hospitalibus &c. præl. Tillemont. *Ib. Tom. IX. p.* 117. *&c. Tom. X*I. *p.* 124. *&c.* Van-Espen *l. c. Part.* II. *T.* 37. Thomassin. *Ibid. P.* I. *L.* 2. *c.* 89. *&c. et P.* III. *Lib.* 3. *c.* 47. *&c.* nec non eorumdem Principum P. Leopoldi, et Ferdinandi III. Leges *dd.* 13.

Digitized by Google

TITULUS XIII.

De rerum ædiumque cultui Divino inſervientium Conſecratione, ac Benedictione.

Conſecratio quidem eſt actus, quo per ritus quoſdam, præſertim vero per chriſmatis, oleive unctionem, res, vel loca Divino cultui dicantur; *Benedictio* autem non adeo ſolemniter, neque cum ſacra unctione, at quibuſdam tantum precibus, aquâ benedictâ, & ſimplicioribus ceremoniis adhibitis, abſolvitur. Inſuper Conſecratio non niſi ab Epiſcopo, Benedictio autem vel a Presbytero ex Epiſcopi delegatione, privilegio, vel conſuetudine perfici poteſt: ſed Benedictio chriſmatis, oleique tam in Baptiſmate, quàm in Extrema unctione adhibendi ab Epiſcopo tantum fe-

---

Jul. an. 1778. 23. *April.* 1782. 22. *Febr.* 1783. atque 8. *Febr. an.* 1792.

Digitized by Google

riâ quintâ in cœna Domini fit (1).

Aedes consecrata vel benedicta violatur per homicidium voluntarium in ea patratum, per iniuriosam humani sanguinis aut seminis effusionem, ac per excommunicatorum aut infidelium sepulturam; eiusque violationis effectus est, ut S. Sacrificii, Officiorumque omnium Religionis celebratio ibidem statim interdicatur, donec reconciliata fuerit. *Reconciliatur* autem, effossis primum cadaveribus, quæ illam polluerunt, lotisve speciali diligentiâ locis contaminatis, per aspersionem aquæ cum vino sale ac cinere mistæ, quibusdam ad id adhibitis precibus, atque hyssopi aspergillo, ab Episcopo quidem si

---

(1) *Tot.* Dist. I. *de cons. in Lib.* III. *Decretal. Greg. Tit.* 40. *et Sexti Tit.* 21. „ De Consecratione Ecclesiarum vel Altaris „. Martene *De ant. Eccles. Ritib. Lib.* II. *c.* 13. *&c.* Cavalieri *Ritual. expens. Cap.* XI. *et XXVI.* Van-Espen I. *E. U. Part.* II. *Tit.* 16. *c.* 3. *&c.* et Rieger I. *E. Part.* III. §. 785. *&c.*

Digitized by Google

consecrata, ab ipso vero, sive a Presbytero, si benedicta solummodo fuerit (2).

TITULUS XIV.

De rerum, ædiumque sacrarum privilegiis.

Res, ac domus Divino dicatæ cultui profanis usibus inservire non debent; quapropter tam Ecclesiasticis quàm Civilibus Constitutionibus res quidem sacræ a publicis oneribus tributisque, non secus ac a civili commercio exemptæ fuere, illasque alienare vetitum, aut quoquo modo immutare, eo tantum excepto casu, quo summa Ecclesiæ necessitas urgeat, si-

(2) Vid. Christoph. Sarti Pub. in Academia Pis. Profess. *Saggio d' arte Ermeneutica nell' interpetraz. del Cap. Si Ecclesia* 10. *De Consecr. Eccles. vel Altar.*

Digitized by Google

ve utilitas pietasve suadeat (1).

In sacris autem Ædibus profani, secularesve actus perfici nequeunt; cumque maximâ illas reverentiâ prosequantur Fideles, eædem rebus maioris pretii, ac miserabilibus personis tuendis aptissimæ semper habitæ sunt. Non modo enim sacrarum quarumcumque rerum violenta vel furtiva contrectatio (sive a Templis, sive ab alio quovis loco illæ auferantur); sed aliarum quoque rerum ablatio illicita, furtum, vel direptio, aut personis illata vis in sacris ædibus, *sacrilegium* censetur, exceptis atrociorum quorumdam criminum reis, quos e loco sacro

(1) Conc. Trid. *Sess. XXV. c.* 20. *de ref.* Van-Espen *I. E. U. Part.* II. *Tit.* 35. *c.* 1. *&c.* Ac plura piissimorum Antistitum Ambrosii, Augustini, Joannis Chrysostomi, Hilarii Arelatensis, et aliorum exempla refert Tillemontius *H. E. Tom. X. p.* 111. *&c. Tom. XI. p.* 125. *Tom.* XIII. *p.* 239. *Tom. XIV. p.* 49. *&c.* qui res quoque sacras vendidere, ut captivos ex. gr. redimerent, alerent pauperes &c.

Digitized by Google

extrahere fas est. Hoc vero sacrarum Ædium privilegium, quo personæ ad eas confugientes immunes a quavis etiam publica vi existimantur, *Asylum* proprio nomine dicitur (2); & ex Pontificiis præsertim Constitutionibus istiusmodi iure minime fruuntur læsæ maiestatis rei, depopulatores agrorum, publici latrones, viarumque grassatores, qui hominem consulto ac proditorio, ut aiunt, deliberatoque animo occidunt, qui simulatâ personâ satellitum, vel ministrorum Curiæ, domorum penetralia ingrediuntur, & res diripiunt non sine sanguinis effusione, sicarii, qui altero mandante interficiunt, ipsique mandantes, vel mercedem pre-

(2) V. *Can. Sacrilegium* 4. *et seqq. Can.* 21. *Can.* 33. *&c.* XVII. *q.* 4. *Tit. Decretal. Greg. Sexti, Clementinar. et Extravag. Commun.* „ De immunitate Ecclesiar. „ *Tit. Cod. Theod. et Justin.* „ De his qui ad Eccles. confug. „ ac *Tit. Cod. Just.* „ De crimine Sacrileg. „ *Nov. Justinian.* XVII. *c.* 7. Rieger *Jur. Eccl. P.* III. §. 871. *&c. Saggio sopra l'Impunità legittima* &c. Edit. an. 1774.

Digitized by Google

tiumve homicidis pollicentes, adulterantes literas Apostolicas vel monetam, hæretici ob ipsius hæreseos crimen, qui deliquit in Ecclesia, vel ad eam confugientibus vim intulit &c (3): quamvis non ubique vigeat eadem hac de re Disciplina, proindeque specialibus cuiusvis loci usibus, legibusque parendum (4).

(3) Vid. Constt. Gregorii XIV. „ Cum alias „ Benedicti XIII „ Ex quo divina „ Clementis XII. „ In supremo Justitiæ „ et Benedicti XIV. „ Officii nostri „ istiusque Pontificis *Epitome doctrin. Moral. et Can. v. Immunitas localis*.

(4) Exemplum asyli apud nos, quod ad totam Provinciam inferiorem Senensem extenditur, præbet Lex Petri Leopoldi M. E. D. *d.* 1. *Jan. an.* 1778.

Digitized by Google

TITULUS XV.

De Beneficiis.

Cum de rebus spiritualibus, deque Deo consecratis hucusque diximus, antequam ad meras temporales deveniamus, de Beneficiis, quæ spiritualibus & temporalibus constant, ac de illorum collatione, adiunctisque hic opportune dicendum. *Beneficium* ergo vocatur ius Ecclesiastica auctoritate constitutum in perpetuum percipiendi quosdam reditus Ecclesiasticos, quod Clerico propter officium spirituale præbetur (1).

---

(1) De Beneficiis generatim vid. in *Lib. III. Decretal. Greg. Tit.* 5. *Sexti Tit.* 4. *Clementinar. Tit.* 2. *Extravag. Joan. Tit.* 3. *et Extrav. Commun. Tit.* 2. „ De Præb. et Dignit. „ Ibique Anacletus, Engelius, aliique Interpretes; Thomassin. *De V. et N. E. D. Part. II. Lib. I. c.* 15. *&c. P. III. L.* 2. *c.* 1. *&c.* 12. *&c. et Lib. III. c.* 16. *&c.* Sarpi *Tratt. delle Materie Benefiz.* et Van-Espen *I. E. U. Part. II. Tit.* 18. *&c.* De Benefi-

Digitized by Google

In hodierna vero Eccleſiæ Diſciplina variæ numerantur Beneficiorum ſpecies. Alia enim ſunt *ſimplicia*, quæ proventus ſuppeditant ſine obligatione ſpecialis alicuius miniſterii; alia *duplicia*, vel (ut aiunt) *qualificata*, quæ diſtinctam ab Jure qualitatem, vel præcipuum miniſterium adnexum habent, veluti Animarum curam, Dignitatem &c. Secundo Beneficia dividuntur in *ſecularia*, quibus ſeculares Clerici vel ex propria ipſorum natura, vel ex voluntate conſtituentium, vel ex conſuetudine, aut præſcriptione præfici debent; in *regularia*, quæ iiſdem ex cauſſis Regularibus Monachiſve ſunt conferenda; & *communia*, quæ ab utriſque obtineri poſſunt. Tertio alia ſunt *electiva*, quæ per Capituli, aut alterius Collegii ſuffragia; alia

---

ciorum autem reditibus iis tantum, qui Eccleſiæ deſerviunt, Canonice impertiendis vid. Petri Leopoldi M. E. D. *Lex lata d.* 5. *Aug. an.* 1785.

collativa, quæ liberâ Superioris voluntate; alia *mista* vel *Juris Patronatus*, quæ ratione habitâ nominationis Patroni, a Superiore conferuntur. Quarto demum, aliis omissis divisionibus, quædam *compatibilia* vocantur, quorum duo plurave ab una tantum persona, eodemque tempore possideri queunt; quædam *incompatibilia*, quorum singula singulis tantum Clericis obtinere licet (2).

---

(2) De aliis Beneficiorum divisionibus vid. Schmier *J. C. C. Lib. III. Tr.* 1. *P. II. c.* 3. Migliorucc. *Inst. Jur. Can. Lib. II. Tit.* 31. et Auctores supra citati.

Digitized by Google

TITULUS XVI.

De variis Beneficia conferendi modis.

Collatio Beneficiorum, idest idoneæ alicuius personæ ad Ecclesiasticum obeundum munus legitime facta vocatio, vel a solis pendet Ecclesiæ Ministris, veluti a Papa, ab Episcopis, a Capitulis &c; vel cum iis in eiusmodi provisione concurrunt & laici, veluti Principes Christiani, ii qui Jure Patronatus laico fruuntur &c. dummodo, quicumque tandem sit Beneficiorum collator, gratis, sine diminutione, in perpetuum, atque intra tempus a Jure præfinitum ea conferantur (1).

---

(1) „ De Electione et electi potestate „ vid. in *Lib. I. Decretal. Tit. 6. ap. Greg. et Bonif. Tit. 3. in Clem. Tit. 1. inter Extrav. Joan. Tit. 3. inter Communes, et in Septimo Tit. 3. et* 10. atque *in Lib. III. Decretal. Greg. T.* 12. Van-Espen *I. E. U. Part. I. Tit.* 13. *et P. II. Tit.* 21. *&c.* De

Novum Jus Decretalium, Regularumque Romanæ Cancellariæ Summo Pontifici defert collationem Beneficiorum tam per possessorum mortem, quàm per eas, quæ Apostolicâ auctoritate fiunt, promotiones in Romana Curia vacantium, ubicumque tandem ipsa Curia vel Papa degat, atque in circumiacenti regione intra quadraginta passuum millia (2); extra Curiam vero præter Cathedralium & maiorum Sedium, quæ Papæ competit, provisionem, aut saltem confirmationem (3), minora etiam

Marca *Conc. Sac. et Imp. Lib. VIII. c.* 2. &c. Bosi *Dissert. de Elect. Episcop.* Pelliccia *Chr. E. Pol. L.* 1. *Sect.* 2. *Cap.* 9. §. 2. ac Natal. Alexand. *H. E. Sec. I. Cap.* 2. *et* 5. atque *Dissert.* 2. *et* 8. *Ibid. Sec. V. c.* 6. *art.* 2. *n.* 4. &c. *Sec. VI. c.* 5. *a.* 14. *c.* 6. ... &c. 18. *et* 20. *Sec. VII. c.* 3. *a.* 8. *&c.* ubi de S. Matthiæ, ac septem primorum Diaconorum electione, deque canonibus ad eamdem pertinentibus agit.

(2) *Cap.* 2. *et* 34. *De Preb. et Dign. in VI.* ac Van-Espen *d.* P. *I. Tit.* 23. *&c.*

(3) De qua vid. *Inf. Tit.* 18. *h. Lib.*

Digitized by Google

Beneficia ipse confert vel per *Præventionem*, ut aiunt, qua ordinarios Collatores prævenit (4); vel *per mandatum de providendo*, cum Beneficium a Collatore cuidam conferri iubet (5); vel *per concursum*, cum mensibus Papæ destinatis Beneficium vacat (6); vel *per affectionem* cum facto aliquo, veluti quadam manuum appositione, Pontifex alicui Beneficio conferendo se immiscuit (7); vel *per devolutionem*, cum ex ordinarii Collatoris negligentia, seu quòd Beneficium indigno collatum fuerit, ad Papam

(4) *D. Cap. 2. et Cap. 14. et 31. De Præbend. &c. in VI.*

(5) *Cap. 16. Eod.*

(6) *Ex Reg. 9. Cancell. Rom.* iuxta quam Papæ reservantur Beneficia, quæ vacant mensibus Januario, Februario, Aprili, Maio, Julio, Augusto, Octobri, et Novembri; si vero Episcopi resideant in suis Ecclesiis, sex tantum menses Januarius, Martius, Maius, Julius, September, et November Pontifici dantur, alii Episcopis relinquuntur.

(7) Vid. Jo. Devoti *Inst. Can. L. I. Tit. 5.* §. 28. &c.

Digitized by Google

devolvitur eiusdem provisio; vel per speciales alias *Reservationes*, quas nimis longum esset hic percensere (8), cum præsertim Pontificiæ huiusmodi Reservationes, Provisionesque aut particularibus Principum Legibus, aut ex initis cum Sede Apostolica concordatis, aut ex contraria consuetudine admodum imminutæ, atque alicubi etiam prorsus sublatæ fuerint, ac vetus omnia fere Beneficia conferendi ius Episcopis restitutum, qui ex Communi antiquo Jure ordinarii sunt Beneficiorum in suis Diœcesibus vacantium Collatores (9);

---

(8) De his tamen præter Auctores supracitatos, et Interpretes ad *d. Tit. Decret. De Præb. et Dignit.* videndæ *Regulæ Cancellar. Rom. ad calcem Instit. Canon.* Lancellotti, ac Fleury *Inst. J. E. Part.* II. *c.* 15. *et* 21. De modis autem ac formulis, quibus in Rom. Curia expediri solent istiusmodi provisiones, adeundus prælaud. Van-Espen *d. Part.* II. *Tit.* 24. *c.* 1. &c.

(9) Videndæ hac de re Leges Imp. Josephi II. *dd. 9. Maii, et 24. Novembr. an.* 1782. eiusdemque cum Pio VI. *Concordatum*

immo vel ex novo ipso Jure Decretalium Beneficia in Romana Curia vacantia, quæ intra mensem a die vacationis collata non fuerint, ac vacante Sede Apostolicâ parochialia, quamvis Summo Pontifici reservata, Episcopus tamquam ordinarius legitime confert (10).

Si libere ab Episcopo concedatur Beneficium, eiusmodi actus *Collatio* in specie dicitur; si vero certæ personæ, a Patrono ex. gr. præsentatæ, *Institutio* appellatur (11).

---

d. 20. *Januar. an.* 1784. ac Petri Leopoldi M. E. D. *Lex lata d.* 12. *August. an.* 1783.

(10) *Cap.* 3. *et* 35. *De Præb.* &c. *in* VI. et vid. Rieger *I. E. Part.* II. §. 372. De iis vero, quæ cum consensu Capituli Episcopus conferre debet, Beneficiis vid. in *Lib.* III. *Decretal. Greg. Tituli* 9. 10. *&c. in Sexto Tit.* 8. Inter *Extrav. Jo. Tit.* 5. *et Extrav. Comm. Tit.* 3. *Cap.* 31. *De Elect. Cap.* 3. *De Inst. Can.* 10. *et seqq. XVI. q.* 7. et Van-Espen *loc. cit. Tit.* 21. *c.* 1. &c.

(11) Vid. in *Lib.* III. *Decretal. Tit.* 7. *ap. Greg. et Tit.* 6. *ap. Bonif.* „ De Institutionibus „ Rieger *I. E. Part.* III. §. 149. &c. et Van-Espen *d. P.* II. *Tit.* 26. *c.* 1.

Digitized by Google

Sed proprium *Electionis* nomen ei convenit Beneficiorum, Dignitatumve provisioni, quæ a Capitulo, vel a quovis personarum Collegio fit (12). Qui ergo eidem addicuntur corpori, ad quod spectat electio, suffragii iure fruuntur; quamvis & ex consuetudine, fundatione, vel privilegio extranei quoque nonnumquam ad suffragium in electione ferendum admitti soleant (13). Excipiuntur autem excommunicati, suspensi, qui ab Jure vel ab Homine activâ spoliati voce fuerunt, impuberes, laici, furiosi, hæretici, schismatici, irregulares ex crimine, atque iure carent eligendi unâ vice tantum qui elegerunt indignum, aut formam a Canonibus præscriptam non observarunt (14).

---

(12) Rieger *ad Tit.* 5. &c. *Lib.* I. *Decretal. I. E. Part.* II. §. 165. &c.

(13) *Cap. Cum Ecclesia* 3. *De caus. poss. et propriet.*

(14) Vid. *Cap.* 32. *De Elect. in* VI. et

Omn[illegible] qui suffragium ferre possunt, legitime vocandi; ac si iusto arceantur impedimento, Procuratorem constituere possunt, qui (si de Collegio sit) non potest unum proprio, alium nomine mandantis eligere, nisi eligendus in mandato expressus fuerit (15). Vota vero conditionalia, alternativa, & incerta omnino reiiciuntur (16).

Si quibusdam eligendus careat qualitatibus ab Jure Canonum requisitis (17), tunc eligendi facultas

---

quoad Canonicam electionis formam *per scrutinium, compromissum, et per inspirationem*, Concilii Lateranens. IV. Can. 24. relatus in *Cap.* 42. *De Elect.* ac vid. quoque *Cap.* 30. 32. &c. *et* 58. *Eod.* De Regularium vero Superioribus per secreta solum vota eligendis, reiectis absentium suffragiis, Conc. Trid. *Sess. XXV. c.* 6. &c. *De Regularib.* et vid. Rieger *d. P.* III. §. 219. &c. ac Van-Espen *l. c. Part.* I. *Tit.* 31. *c.* 8. *et P.* II. *Tit.* 21. *c.* 3. &c.

(15) *Cap.* 28. *et* 36. *De Elect.* atque *Cap.* 46. §. 2. *Eod. in* VI.

(16) *Cap. In electionib.* 2. *De Elect. in* VI.

(17) De quibus egimus *supr. Tit.* 3. *et Tit.* 15. *in fin. Lib. I.*

Digitized by Google

a Superiore petenda, cui electionis competit confirmatio, adeoque iste *Postulatio* dicitur (18). Quod si eligendus ab alio dependeat, hujus quoque obtineri debet assensus (19); ac si iusta quidem istiusmodi petitio fuerit, regulariter admitti solet, iusque tum demum ad Beneficium acquirit *Postulatus*, cum Superior annuerit Postulationi.

Non omnia tamen remittuntur impedimenta, sed minora tantum, veluti defectus ætatis, ordinis (20) &c. Cum Electione vero concurrente Postulatione, ut hæc admittatur, Postulantium numerus duplo maior Eligentium sit oportet (21).

---

(18) Vid. in *Lib. I. Decretal. Tit. 5. ap. Greg. et Bonif. ac Tit. 2. inter Extrav. Comm.* „ De postulat. Prælator. „ atque ad d. Titt. Anaclet. et Rieger *I. E. P. II.* §. 227. *&c.*

(19) Veluti si de Regularibus agatur, vel de iis, qui aliis iam alligantur Ecclesiis *Cap. 6. De Postul. Cap. 27. et 36. De Elect. Cap. 16. §. ult. Eod. in VI. et Extravag. Comm. 2. Eod.*

(20) *Cap. 20. De Elect. Cap. 16. Eod. in VI. et Extrav. Comm. un. de Postulat.*

(21) *Cap. 40. De Elect.*

Digitized by Google

tur; vel *Laicale*, cum ex qualitate ipſi adnexa perſonæ reſve laicorum pendet; vel *Miſtum*, in quo eccleſiaſtici laicique Patroni iunguntur. Illud quoque dividunt Canonici Juris Conſulti in *Gentilitium* vel *Familiare*, quod non niſi ad eos tranſit, [illegible] eadem Gente, Familia [illegible] Agnatione ſunt, & *Hereditarium*, quod cum hereditate ſeu teſtamentaria ſeu legitima tranſit; in *Reale*, quod rebus, ac *Perſonale*, quod perſonis tantum adhæret; in *Liberum* ſive *Activum*, cum libera Patrono quamvis nominandi poteſtas eſt, & *Determinatum* ſeu *Paſſivum*, cum intra certos perſonarum limites continetur &c.

Præter nominationem autem Clericorum, ad Patronos etiam pertinet Eccleſiarum, earumque bonorum & iurium defenſio, ac Rectorum beneficii ad Superiores, ſi male ſe gerant, delatio; ii quoque digniorem in ſacris ædibus, publiciſque ſupplicationibus obti-

rit, graviterve percusserit Beneficii Rectorem, aliosve Clericos; si ædem sacram Patronatui subiectam delabentem vel delapsam non reparaverit, aut reditibus carentem dotem non præbuerit; ac si omnes quæ hoc iure frui possunt, personæ deficiant, Jus Patronatus extinguitur.

Patronus ecclesiasticus intra sex menses, laicus intra quatuor a die vacationis præsentare debet; ac primo quidem unum tantummodo nominare licet, qui si fuerit indignus, eâ vice Patronus nominandi iure spoliatur: secundus autem postquam unum præsentaverit dignum vel indignum, variare potest, aliosque nominare, intra quos magis idoneum Episcopus eliget. Se ipsum præsentare nemini fas est; proprii tamen filii nominatio permittitur.

Digitized by Google

TITULUS XVIII.

De confirmandis, & consecrandis Episcopis &c.

Ad Episcoporum *confirmationem*, nempe ad legitimam iuris, quo vi electionis donantur electi, ratihabitionem, ex recentiori Ecclesiæ usu Romanus Pontifex postquam accuratum instituerit circa illorum scientiam & mores examen, citatis iis, quorum interest, duobusque habitis Consistoriis, cum consilio Cardinalium, & solemni quodam apparatu procedit (1). Minor est autem solemnitas cum de aliis agitur inferioribus Beneficiis.

Ut de confirmatione ipsa constet, postquam confirmatus *Annatam*, ut aiunt, idest certam fru-

(1) Vid. *Cap. Cupientes* 16. *De Elect. in VI.* Concil. Trid. *Sess. XXII. c.* 2. *de ref. et Sess. XXIV. Cap.* 1. *de ref.* Constit. Gregorii XIV. „ Onus Apostolicæ „ *Instruct.* Urbani VIII. an. 1627. Van-Espen *I. E. U. Part I. T.* 14. *&c.* ac Rieger *I. E. Part. II.* §. 209. *&c.*

Digitized by Google

ctuum sui Beneficii portionem, ceteraque Cancellariæ emolumenta persolverit, expediuntur in Romana Curia *Bullæ*, seu Literæ Pontificiæ, quibus de legitima electi confirmatione peracta fides fit (2).

Consecratio vero Episcoporum, quæ tres intra menses a die confirmationis, atque a tribus saltem Episcopis Romæ, aut in propria cuiusque Diœcesi vel Provincia fieri debet, est actus, quo per manuum impositionem, communicationemque Spiritus S. quibusdam adhibitis ceremoniis, Episcopalis potestatis plenitudo traditur (3).

---

(2) V. *Cap.* 19. *De* [illegible] *Cap.* 5. *&c.* *Eod. in VI. Extrav. Comm.* 1. *Eod.* Conc. Trid. *d. Cap.* 1. *Sess. XXIV. de ref. d. Const.* Gregorii XIV. Thomassin. *V. et N. E. D. Part. III. L.* 2. *c.* 58. *&c.* Fleury *Inst. J. E. Part.* II. *c.* 24. *n.* 4. atq. Van-Espen *d. P.* I. *Tit.* 23. *c.* 1. *&c. et P.* II. *Tit.* 24. *c.* 4. *n.* 12. *&c.*

(3) Vid. *Can. Apost.* 1. cum Sev. Binii *not. in Tom.* I. *Collect. Conc. Mans. p.* 30. *et* 58. *Can.* 20. Conc. Arelat. I. an. 314. cum Jac. Sirmondi et Front. Ducæi *not. in Tom.* II. *Ibid. p.* 473. 485. *et* 491. *Can.* 25.

Digitized by Google

Consecrato Episcopo, vacant Beneficia, quibus ipse antea fruebatur, ac spirituali quodam vinculo is propriæ alligatur Ecclesiæ, quam proinde sine Pontificia dispensatione deserere nequit (4).

Abbates quoque Jure Communi postquam electi canonice fuerint, confirmandi sunt ab Episcopo, in cuius Diœcesi est Monasterium: at per exemptiones vel concordata & ipsi a Summo Pontifice confirmantur, ac deinde a proprio Episcopo (nisi excipiantur privile- [illegible]edictionem accipiunt, qua illis plena & libera monasteria gubernandi potestas confertur; iisdemque fere servatis ceremoniis, Abbatissas etiam Episcopus benedicit (5).

Chalcedon. relat. a Gratiano in *Can. Quoniam* 2. *Dist. LXXV. et in d. Coll. Tom.* VII. *p.* 367. Conc. Trid. *Sess. XX*III. *c.* 2. *de ref.* Pelliccia *C. E. P. Lib.* I. *Sect.* 2. *c.* 9. §. 3. Van-Espen *d. P.* I. *T.* 15. et Rieger *J. E. Part.* II. *p.* 247. *&c.* 409. *&c.*

(4) *Cap.* 4. *De Translat. Episc. & Cap.* 7. §. 1. *De Elect.*

(5) Vid. *Cap.* 1. *De suppl. neglig. Prælat.*

TITULUS XIX.

De unione, ac diviſione Beneficior.

Quamvis Beneficiorum tam [illegible] ralitas quàm dividuitas a Ca[illegible] bus ſemper improbata fueri[illegible] varii tamen ad eas fovendas irrepſerunt abuſus, quos cum penitus eradicare minime potuerit, ſaltem imminuere conata eſt Synod[illegible] Tridentina.

Et ad Commendas [illegible] net, quibus ad tegen[illegible] Beneficiorum pluralitatem in [illegible] ſi ſunt ii, qui [illegible] eludere [illegible] eadem Synodus cavit, ne ulla imposterum Be-

---

et ibi Interpretes, Martene *De ant. Eccl. Ritib. Lib.* II. *Cap.* 1. et Van-Eſpen *d. P.* I. *Tit.* 31.

(1) Thomaſſin. *V. et N. E. D. Part.* II. *Lib.* 3. *c.* 1. *&c.* Bingham. *O. E. Lib.* II. *c.* 13. *et Lib.* VI. *c.* 4. §. 8. Van-Eſpen *J. E. U. Part.* II. *Tit.* 20. Rieger *I. E. Part.* III. §. 116. *&c.* et Fleury *Inst. J. E. Part.* II. *c.* 27.

Digitized by Google

neficia regularia in commendas concedi possent; in iis autem Monasteriis, quæ iam commendata fuerant, ut claustrales Superiores monasticas professi Regulas ibi vigentes eligerentur, atque omnes Commendatarii satisfaciendis Beneficiorum sibi commendatorum oneribus, sacrarum Ædium reparationi, optimoque ipsarum regimini & conservationi diligenter attenderent (2).

Ad alium deinde *compatibilitatis*, ut aiunt, abusum arctioribus quibusdam finibus compescendum, statutum, ut nemo plures Metropolitanas, Cathedralesve sedes, nec plura curata, quæve alias ob residentiam, vel onera unicuique ipsorum adnexa simul consistere in una eademque persona non possunt, Beneficia in Titulum, Commendam, aut alio quovis no-

(2) Conc. Trid. *Sess. XIV. c.* 10. *de ref. Sess. XXI. c.* 8. *de ref. et Sess. XXV. De Regular. c.* 21.

mine adhibito, retinere præsumeret (3).

Duarum vero, aut plurium Præbendarum, Ecclesiarumve conjunctio, quæ *Unio* in specie dicitur, si non ad vitam, vel per certum tempus, aut in favorem alicuius personæ fiat, sed *realis* sit, habitâve tantum Ecclesiarum earumdem ratione, in perpetuum seu per indefinitum tempus duratura, permittitur, dummodo iusta sit uniendi caussa, nempe id Ecclesiæ necessitas utilitasvè requirat (4); legitimi accedat Superioris auctoritas, Papæ scilicet, si de maioribus agatur Beneficiis, puta Episcopatibus &c. si de minoribus autem Episcopi (5), qui tamen nec pro-

(3) D. Conc. Trid. *Sess.* VII. *c.* 2. *et* 4. *de ref. et Sess. XXIV. c.* 17. *de ref.* Sarpi *Delle Materie Benef.* §. 33. *et* 49. ac Van-Espen *d. Tit.* 20. *c.* 4.

(4) *Can.* 48. *et seq. XVI. q.* 1. *Cap.* 33. *De Præb. et Dignit.* atque Conc. Trid. *Sess.* VII. *c.* 6. *de ref.*

(5) *Cap.* 4. *De Offic. Legat. Cap.* 8. *De*

Digitized by Google

priæ Mensæ adiungere Beneficia, nec diversorum Ordinum, Professionum, aut Diœceseon Ecclesias simul unire potest (6); ac solemnitates ab Jure vel Consuetudine præscriptæ serventur, idest caussæ Unionis diligenti examine discutiantur, & omnes citentur, quorum interest, veluti Patroni, Beneficiarii, aliique huiusmodi (7).

Quæ de Beneficiorum Unione canonice perficienda hucusque adnotavimus, eadem fere omnia & illorum *Divisioni* proprie dictæ, unius nempe ipsorum in duas plu-

---

Excess. Prælat. et d. Conc. Trid. *Sess. XXIV. Capp.* 13. 15. *et* 17. *de ref.*

(6) *Clem.* 2. *De reb. Eccl. non al.* atque præl. Conc. Trid. *Sess. XIV. c.* 9. *de ref. et d. Cap.* 13. *Sess. XXIV.*

(7) Vid. *Regul. Cancellar. Rom.* 22. *De Unionib. in Septimo* Petri Matthæi *Lib.* I. *Tit.* 13. „ De unionib. Beneficior. „ Conc. Trid. *ll. cc. et Sess. XXI. c.* 5. *Sess. XX*III. *c.* 18. *Sess. XXV. c.* 9. *de ref.* Van-Espen. *d. Part.* II. *Tit.* 29. Thomassin. *d. P.* II. *Lib.* III. *c.* 23. Fleury *Disc.* IV. *à l' Hist. Eccl.* et Rieger *I. E. Part.* III. §. 283. *&c.*

resve partes sectioni, at rite fiat, applicari debent (8).

Pensiones autem personales quædam Beneficiorum divisiones dici possunt eo sane pacto, quo plurium compatibilium possessio est personalis eorumdem unio; atque in iure consistunt percipiendi ex alienis Beneficiis quasdam portiones fructuum legitimâ auctoritate, iustâque de caussa inducto (9). Itaque ut ii, qui ex nimia Pensionum frequentia nascebantur, abusus mi-

---

(8) Vid. Bingham. *Or. Eccl. Lib.* II. *Cap.* 13. §. 2. *&c.* et Anacletus *ad Tit. Decretal.* „ *Ut beneficia Eccl. sine diminut. &c.* „ §. 2.

(9) Conc. Chalcedon. *Act.* 10. *in fin. Act.* 11. *&c. et* 14. *in fin. in Mans. Conc. Collect. Tom.* VII. *p.* 270. *&c.* 291. 295. *&c. et* 358. Deque his Natal. Alex. *H.* E. *Sec. V. c.* 3. *a.* 13. §. 17. *ac Diss. XVII. Ibid. cum not.* Mansi, Tillemont. ubi de S. Leone M. agit *art.* 76. 122. *et n.* 54. *H.* E. *Tom. XV. p.* 582. *&c.* 691. *et* 922. *&c.* Bingham. *O.* E. *Lib.* VI. *c.* 4. §. 3. Van-Espen *d. Part.* II. *Tit.* 28. Sarpi *l. c.* §. 50. Thomassin. *P.* III. *Lib.* II. *c.* 29. *&c.* et Rieger *d. Part.* III. §. 272. *&c.* 294. *&c.*

nuerentur, decrevere Tridentini Patres, illa tantummodo Beneficia Penſionibus ſubiici poſſe, quæ ſi Cathedralia eſſent, mille, ſi Parochialia, centum Ducatorum annuum reditum excederent (10). Apud nos vero ex Magni Etruriæ Ducis cum Sede Apoſtolica concordato Cathedrales quævis & Parochiales Eccleſiæ a Penſionibus liberatæ ſunt, demptis Piſanâ & Aretinâ, quibus Penſiones quidem imponi poſſunt, æque ac ceteris non curatis Beneficiis, at non ultra tertiam fructuum annualium partem, certis perpetuiſque oneribus ſublatis (11).

(10) *Seſſ. XXIV. c. 13. de ref.*
(11) *Brev. Pii* VI. *d. 6. Octob. an.* 1775. et Petri Leopoldi *Encycl. d.* 10. *Jul. an.* 1776.

Digitized by Google

TITULUS XX.

De Translationibus, *Renunciationibus &c.*

Translatio vocatur alicuius Clerici transitus ab unius Ecclesiæ vel Beneficii regimine ad regimen alterius. Atque ut ea legitime fiat, opus est auctoritate Superioris, nempe Summi Pontificis, si Episcopus aliusve maior Prælatus vel Exemptus sit transferendus, Episcopi vero, si de minorum Clericorum translatione sermo fuerit; ac iustâ caussâ, quæ si urgens & publica fuerit, inviti etiam, nec non de pari ad parem, vel e maiori ad minorem Dignitatem Præbendamve transferri poterunt (1).

---

(1) Vid. *Tit.* 7. *Lib.* I. *Decretal. De Translat. Episc.* et ibi Anaclet. aliique Interpretes, *Cap.* 6. *De Æt. qualit.* &c. Sarpi *Delle Mater. Benef.* §. 45. Thomassin. *V. et N. E. D. Part.* II. *Lib.* I. *c.* 11. &c. 19. &c. *et Lib.* II. *c.* 60. &c. Van-Espen *P.* I. *Tit.* 15. *Cap.* 4. *n.* 6. &c. et Rieger *P.* II. §. 263. &c.

Digitized by Google

Renunciatio est spontanea & legitima cessio vel dimissio beneficii seu regiminis Ecclesiastici a Superiore probata (2); & *tacita* quidem vocatur, si per actum quemvis, qui cum Beneficii retentione consistere nequeat (3), *expressa* vero, si verbis aut scripturâ patefiat: hæc autem vel *pura* est, quæ *Renunciatio* in specie appellatur, vel *conditionalis* ex. gr. cum pensione, vel in favorem alterius facta, quæ proprio nomine *Resignatio* dicitur, ac recentioris originis est (4).

---

(2) „ De Renunciatione „ in *Lib.* I. *Decretal. est Tit.* 9. *ap. Greg. Tit.* 6. *ap. Bonif. et Tit.* 4. *Clement.* ac vid. Schmier *J. Can. Civ. L.* I. *Tr.* 3. *c.* 6. *Sect.* 1. Thomassin. *d. P.* II. *Lib.* I. *c.* 22. *et Lib.* II. *c.* 50. &c. Van-Espen *P.* II. *Tit.* 27. *I. E. U.* Sarpi *l. c.* §. 40. Fleury *Inst. Jur. Eccl.* P. I. *c.* 16. *et* P. II. *c.* 20. atque Rieger *d.* P. II. §. 340. &c.

(3) Veluti per Matrimonium *Cap.* 1. *et* 3. *De Cleric. coniug.*

(4) „ De Resignationibus „ Vid. *Tit.* 14. *Lib.* I. *in Septimo* Petr. Matthæi

Renunciationes puræ apud ordinarios Collatores plerumque fiunt; conditionales, cum Juri Communi Canonum adversari videantur, per Dispensationem apud Romanum Pontificem expediri solent, apud quem renunciari quoque debent Episcopatus, aliaque maiora Beneficia, vel exempta (5).

Episcopi vero *Loco tantum* renunciare dicuntur si Episcopalia Jura non absolute, sed habitâ solum alicuius loci vel diœceseos ratione dimittant; quod si ea nullatenus retinere aut exercere velint, ac nomen ipsum & auctoritatem Episcopalem reiiciant, *Loco & Dignitati* renunciant: cumque primo casu ea, quæ ordinis sunt, permittente loci Ordinario, licite peragant; secundo non nisi Ordines minores conferre possunt (6).

---

(5) *Cap.* 25. *De Præb. et Dignit.* et ibi Glossa, *Constitt.* S. Pii V. „ Quanta „ et Benedicti XIV. „ In sublimi „ *Cap.* 2. *De translat. Episc. et Cap* 1. 9. &c. *et ult. De renunc.*

(6) Vid. *Tit.* 13. *Lib.* I. *Decretal.* „ De

Pubes autem generatim esse debet renuncians vel resignans, ac si fuerit in sacris Ordinibus constitutus, & Beneficium dimittere velit, cuius titulo est ordinatus, id omnino exprimere, atque aliunde habere debet, ex quo commode vivere possit; quemadmodum ex stylo Curiæ, cum de Parochialibus agitur, tempus, a quo possideri cœperunt Beneficia, exprimendum (7). Nullæ quoque censentur Resignationes eorum, qui ad Prælaturas, ut aiunt, promovendi sunt (8); infirmorum, qui dies intra viginti a facta resignatione ex eodem, quo laborabant, morbo decesserint (9); nec non illorum, qui Resignationes publicare neglexerint iuxta Regulam quidem In-

ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatui „ Rieger *d.* P. II. §. 420. &c.

(7) Conc. Trid. *Sess. XXI. c.* 2. *de ref.* Const. Pii V. „ Quanta Ecclesiæ „ atq. Analect. *ad Tit. De Renunciat. n.* 63.

(8) *Reg.* 26. *Cancell. Apost.*

(9) *Reg.* 19. *Ibid.*

Digitized by Google

nocentii VIII. intra sex menses in Romana Curia, & extra illam intra mensem: iuxta Constitutionem vero Gregorii XIII. extra Curiam tres intra menses, in Curia, Beneficiis citra montes vel in Italia positis, intra sex; ultra montes autem intra novem menses (10). Beneficia demum resignare non possunt qui aut ipso Jure, aut per sententiam iisdem spoliati fuere, quive illa sine legitimo titulo possident (11).

Per Procuratorem speciali Mandato munitum omnes resignare possunt; sed resignatio *in favorem* fieri nequit, nisi persona, cui fit, Beneficii capax fuerit, quodque ita

(10) Vid. *Regul. Innocentii VIII.* 34. *Cancellar. Rom.* ad calcem *Instit. Canon.* Jo. Paul. Lancellotti, *Gregoriana Constit.* quæ incipit „ Humano vix iudicio „ ac refertur in *Cap.* 2. *De Resignationib. in VII. P. Matth. et Const.* „ Ecclesiastica „ Benedicti XIV. in *Tom. II. eiusd. Bullar.*

(11) *Cap.* 25. *De Præb. et Dignit. ac Extrav. Joan. Execrabilis* §. *Qui vero Eod.*

Digitized by Google

resignatur Beneficium nec reservatum sit oportet, nec in prima vacatione uniendum, nec litigiosum, nisi resignetur in favorem litigantis, nec electivum, nec Juris Patronatus sine consensu eligentium, vel Patroni (12).

Renunciatio quoque, præsertim Episcopatuum, ex iustis caussis fieri debet, quæ his versiculis continentur:

„ Debilis, ignarus, male conscius, irregularis,
„ Quem mala plebs odit, dans scandala cedere possit (13).

---

(12) Conc. Trid. *de ref. Sess. XXI. c. 5. Sess. XXIII. c. 18. et Sess. XXV. c. 7.* Resignationes autem in favorem nec Summi Pontificis auctoritate in Germania locum habere posse vi concordati cum Sede Apostolica, notat Riegerus *d. P. II.* §. 353. easque penitus prohibuere Ferdinandus IV. utriusque Siciliæ Rex, et Imp. Josephus II. Legibus latis *dd.* 19. *Nov. an.* 1781. 9. *Maii* 1782. 28. *April. et* 24. *Nov.* 1783.

(13) *Can.* 18. Conc. Ancyran. an. 314. et *Can.* 18. Antiocheni an. 341. relati a Gratiano in *Cann. 5. et 6. Dist. XCII. et*

Digitized by Google

Cumque a legitimo Superiore admissa fuerit (14), nullus est amplius pœnitentiæ locus, si renuncians liberum præbuerit assensum (15), & in conditionali adimpleta fuerit conditio. Resignans tamen Beneficii possessionem retinere potest, donec is, in cuius favorem resignatur, consenserit, ac Beneficii possessionem adeptus fuerit (16).

Permutatio dicitur mutua duorum Beneficiorum resignatio coram Superiore a duobus Clericis facta, ut is unius Beneficium alteri conferat (17).

---

in Collect. Conc. Mans. Tom. II. p. 519. et 1315. Can. Quia frater 18. *VII. q.* 1. *Cap.* 1. 9. *et* 10. *De Renunc.* et ibi Anaclet. §. 2.

(14) Papa tamen sine superioris auctoritate summum Pontificatum renunciare potest ex Constit. Cœlestini V. relata a Bonifacio VIII. in *Cap.* 1. *De renunc. in VI.*

(15) *Cap.* 5. *De Renunc. Cap.* 2. *et* 4. *De his, quæ vi Metusve caus. &c.*

(16) *Cap.* 12. *De Renunc. Reg.* 45. *Cancell. Rom.* et Van-Espen *d. Tit.* 27. *P. II. Cap.* 7.

(17) Vid. in *Lib. III. Decretal. Tit.* 19.

Beneficia quidem maiora vel exempta coram Summo Pontifice permutantur; si vero de minoribus agatur non exemptis, huiusmodi actus Episcopi auctoritate perfici potest, dummodo Ecclesiæ necessarius vel utilis censeatur: immo ex consuetudine aut speciali privilegio alicubi hoc iure inferiores quoque Collatores Ecclesiastici fruuntur.

Sed ubicumque id Episcopo tantummodo competit, aliorum saltem Collatorum, Eligentium, et Patronorum consensus exigitur in Beneficiis, quæ ad liberam eiusdem Episcopi collationem non pertinent, nisi contra evidentem Ecclesiæ necessitatem, utilitatemve ii, quorum interest, Permutatio-

---

ap. Greg. Tit. 10. *apud Bonif. Tit.* 3. *in Clementin. et Tit.* 14. *in Septimo Lib.* I. „ De rerum permutatione &c. „ Eique generatim applicandæ regulæ, quas supra circa Resignationem tradidimus, ac videndi Scriptores ibidem adducti.

ni reſiſterent : quo ſane caſu poteſt Epiſcopus, iiſdem citatis, Beneficia commutare, Patronis tamen laicis exceptis, quorum expreſſus conſenſus omnino requiritur.

Permutans autem ius ad proprium retinet Beneficium, donec alter Permutationi conſenſerit; immo vel poſt abſolutam Permutationem, niſi apposita impleta fuerit conditio, ſuum cuique Beneficium, repetere licet.

Ad Permutationem quodammodo pertinere quoque videtur *Optio*, ſive ius, quo ex antiqua conſuetudine, vel ſtatuto donantur Canonici quidam, petendi Præbendas, quæ in eorum Capitulis vacant, dimittendo illas, quibus antea fruebantur (18).

Atque alii tandem ſunt modi, quibus Beneficium aut ius ad ipſius

---

(18) Vid. *Cap. ult. De Conſuet. in VI.* et Petri Leopoldi M. E. D. *Encycl. d.* 13. *Jul. an.* 1782. *n.* 4.

Digitized by Google

possessionem amittitur, veluti præter Beneficiarii mortem, *per devolutionem* (19); per defectum cuiuslibet conditionis ab Jure vel ab Homine requisitæ, ut Beneficium legitime detineatur (20); si Beneficiarius irregularis fiat, vel quavis ex caussa deponatur; ac ceteri, de quibus alibi a nobis opportune peragitur (21).

---

(19) *Cap. 3. De suppl. negl. Prælat. Cap. 2. De Concess. Preb. Cap. 41. De Elect.* ac Rieger *d. P. II. §. 365. &c.*

(20) *Cap. 7. §. 1. et 3. De Elect.* et vid. *supr. Lib. I. Tit. 3. ac Lib. II. Tit.* 18.

(21) Vid. Schmier *Jurispr. Can. Civ. Lib. I. Tr. 3. c. 6. Sect. 2. &c.*

Digitized by Google

TITULUS XXI.

De temporalibus Ecclesiæ Bonis.

Jam vero de rebus Ecclesiæ temporalibus dicendum superest, quæ licet Patrimonia pauperum sint, earumque administratio ad id præcipue Clericis tribuatur, ut eas egentibus iuxta varias cuiusque conditiones dispensent (1); æquum tamen est, ac perpetuo constantique usu Ecclesiæ firmatum, ut ex iisdem Ecclesiæ bonis comparentur ea, quæ Cultui Divino externo perficiendo sunt necessaria, & ipsi Clerici, qui sacro Ministerio propriam impendunt operam, moderatà bonorum eorumdem parte ad

---

(1) *Can.* 83. 101. *et seqq.* Conc. Carthag. IV. *in Tom.* III. *Collect. Conc. Mans. p.* 958 *&c.* Thomassin. *V. et N. E. D. Part.* III. *Lib.* II. *c.* 1. *&c.* 12. *&c. Lib.* III. *c.* 1. *&c.* 26. *&c.* 34. *&c.* 42. *&c.* Bingham. *O. E. Lib. V. c.* 6. atque Van-Espen *I. E. U. Part. I. Tit.* 5. *P.* II. *T.* 32. *c.* 3. *&c. et Tit.* 36.

Digitized by Google

suas quoque necessitates sublevandas utantur (2).

Et quidem nullum adscriptum cœtui Clericali necessario carere victu a Canonibus constitutum; unde nemo ad sacros Ordines promovendus, qui congruis ad vitam alendam reditibus ex alicuius Beneficii, vel sui Patrimonii titulo donatus minime fuerit, exceptis Regularibus, qui paupertatem profitentur, nonnullisque aliis, qui ex Pontificio privilegio ad titulum, ut aiunt, *servitutis* (3) ordi-

---

(2) *Can.* 24. *et seq.* Conc. Antiochen. relat. a Gratiano in *Can.* 5. *X. q.* 1. *et Can.* 23. *XII. q.* 1. *et in Tom. II. d. Coll. Concil. p.* 1318. *&c. Can.* 14. *&c.* Carthag. IV. relat. in *Can.* 7. *Dist. XLI. et in Tom.* III. *d. Coll. p.* 952. *et Can.* 31. eiusdem Concilii *p.* 953. *Ibid.* qui a Gratiano sub Leonis Papæ nomine refertur in *Can.* 52. §. 1. *X*II. *q.* 2. Sarpi *Delle Mat. Benef.* §. 51. ac Tillemont. *H. E. Tom.* III. *p.* 320. *&c.* 502. *&c.* et 586.

(3) Veluti Clerici, qui dicuntur *Eugeniani* ab Eugenio IV. in Metropolitana Ecclesia Florentina constituti, de quibus vid. Migliore *Fir. illustrat. P.* I. *p.* 54.

nantur; ne quid de quotidianis dicamus subsidiis, aut eleemosynis, quas ob Missarum celebrationem, aliave Religionis officia sacri generatim Ministri iuxta varios locorum usus percipere possunt (4).

TITULUS XXII.

De specialibus quorumdam Clericorum proventibus.

Præter ordinarios curati cuiuslibet Beneficii reditus, Decimæ quoque, Oblationes, aliaq. Parochis emolumenta tributa fuere, ut pauperum necessitatibus, et sacrarum ædium rerumque conservationi facilius consulere possent.

Antequam Ecclesia immobilibus donata esset bonis, e quibus annui constantesque proventus per-

(4) De his vid. Van-Espen *d. P. II. Tit. 5. c. 5. &c.*

Digitized by Google

ciperentur, Fideles Bonorum suorum partem ipsi offerebant, ut sacri Cultus impensis, ac Ministrorum et Pauperum alimentis prospiceretur; voluntariæ autem istiusmodi præstationes, quæ tunc *Oblationes* appellabantur, *Primitiæque* (1), ad certam deinde fructuum lucrorumve cuiusque partem redactæ vocatæ sunt *Decimæ*, quarum proinde nomine intelligitur quædam proventuum pars sacris Ministris ad eorum substentandam vitam, Ecclesiæque necessitatibus providendum destinata.

---

(1) De Primitiis et Oblationibus veteris Ecclesiæ vid. *Can. Apost.* 4. *&c.* cum Sev. Binii *not. in Tom.* I. *Coll. Conc. Mans. p.* 53. *et* 58. Conc. Gangrensis *Epist. Synodal. et Can.* 7. *&c. Ibid. Tom.* II. *p.* 1095. *&c. et* 1118. et apud Gratian. in *Can.* 57. *XVI. q.* 1. Conc. Carthag. III. *Can.* 24. vel 23. Hipponens. qui refertur in *Cod. Afr. n.* 37. *in d. Coll. Tom.* III. *p.* 736. 884. *et* 922. atque in *Can.* 5. §. 1. *Dist.* II. *de cons. Can.* 83. 93. *&c.* Carthag. IV. in *d. Tom.* III. *p.* 958. *et in Can.* 2. *Dist. XC.* Pelliccia *De C. E. P. L.* II. *S.* 2. *Cap.* 10. §. 7. *et Lib.* III. *Sect.* 1. atq. Bingham. *O. E. Lib. V. Cap.* 4. *&c.*

Digitized by Google

Eæ quidem, si prædiis ædibusve imponantur, *prædiales*; si artis cuiuscumque proventibus, *personales*; si tandem fructibus industriæ simul atque naturæ, *mistæ* vocantur (2).

Verum licet post Decimas quoque usu receptas alicubi Primitiarum, & Oblationum consuetudo permanserit (3); alibi tamen cum Ecclesiæ, Ministrorumque indigentiis satis provisum fuerit, eiusmodi præstationes in desuetudinem abiere, vel sunt cum aliis commutatæ (4).

---

(2) Præter Auctores in *not. præced.* citatos, qui de Decimis quoque agunt, vid. Rieger *P. III.* §. 464. *&c.* 488. *&c.* Van-Espen *P. II. T.* 33. Thomassin. *P. III. Lib.* I. *c.* 1. *&c.* Sarpi *l. c.* §. 11. 21. 28. Cabassut. *Jur. Can. Theor. et Prax. Lib. II. c.* 29. et Schmier *Jur. Can. Civ. L. III. Tr.* 1. *P.* 3. *c.* 3.

(3) Vid. *in Lib. III. Decretal. Tit.* 30. *ap. Greg. Tit.* 13. *ap. Bonif. Tit.* 8. *Clementin. Tit.* 7. *Extrav. Commun. et Tit.* 16. *in Septimo P. Matth.* „ De Decimis, Primitiis, et Oblationibus „

(4) Vid. Petri Leopoldi M. E. D. Leges

Ex Sacramentorum administratione, funeribus &c. alii quoque Parochis proventus obveniunt. Licet enim eas ob caussas nemo quidquam præbere teneatur, nec aliquid Ministri petere possint; si quid tamen ultro ab iis offeratur, qui iunguntur Matrimonio, Baptismate donantur &c. id tuto Parochi percipere possunt (5).

Quoad funera vero advertendum, quod si quis extra suam Parœciam sibi exequias confici velit,

---

latæ *dd.* 4. *Febr.* 1. *Mart. et* 19. *Jul. an.* 1783. relatæ in *Cod.* „ *Della Tosc. Legislaz.* „ *Tom. XVI. p.* 107. *&c.* 111. *&c.* 119. *&c.* 2. *Jan. et* 22. *Apr. an.* 1786. *in d. Cod. Tom. XXIII. p.* 206. &c.

(5) Conc. Carthagin. vel Bracarens. II. relat. a Gratiano in *Can.* 103. *I. q.* 1. *et in Mans. Concil. Coll. Tom. III. p.* 892. *n.* 1. Gelasius I. Papa *Epist. 9. ad Episc. Lucan. c.* 5. relat. in *Can. 99. Ead.* et in *d. Collect.* Tom. VIII. *p.* 38. &c. *Can.* 95. Conc. Carthag. IV. relat. in *Can. 9. XIII. q.* 2. *et in d. Tom. III. p.* 958. Vid. tamen S. Gregorii monitum in *Can.* 12. *Ead. C. et Q. Cap.* 13. *De Sepultur. Cap.* 8. *&c. De Simonia*, et Thomassin. *V. et N. E. D. Part. III. Lib. I. c.* 72. *et seqq.*

Digitized by Google

ne Parochus proprio fraudetur iure, statutum, ut certa pars eorum, quæ sacris non curatis Ædibus funerum aut sepulturæ gratiâ donantur, ipsi Parocho cedat, eaque ad exemplum *Falcidiæ* vel *Trebellianicæ* dicta est *Quarta funeraria*, etsi pro varia Ecclesiarum consuetudide maior minorve sit (6).

Canonici, aliive Ministri, qui publice Divinis Officiis in Cathedralibus, vel Collegiatis intersunt, præter ordinarios Præbendarum suarum fructus, nonnulla quoque lucrantur emolumenta, quæ singulis diebus vel etiam horis in pecunia, victu, vel alia specie traduntur, ac *Distributiones* dici solent. Cum ita-

(6) *Cap.* 8. *et* 9. *De Sepultur. Clem.* 2. §. *huiusmodi*, *et Extrav. Comm.* 2. *Eod.* Conc. Trid. *Sess. XXV. c.* 13. *de ref.* ac vid. Barbosa *De Off. et Pot. Paroch. P. III. c.* 25. *&c.* Rieger *d. P. III.* §. 443. *&c.* et Van-Espen *d. P. II. Tit.* 38. Quoad Etruriam vero Petri Leopoldi Lex lata *d.* 25. *Mart. an.* 1773. *in Cod. della Tosc. Legisl. Tom. XIII. p.* 1. *&c.*

que iisdem soli præsentes frui debeant, qui vel iustis ex caussis a propriis sedibus absunt, quamvis aliis Beneficiorum reditibus gaudeant, illas non percipiunt, exceptis infirmis, qui dum incolumes essent, assidue Choro adesse consueverant, & iis, qui propter specialem ipsius Ecclesiæ, in qua Beneficium obtinent, utilitatem necessitatemve excusantur (7).

Si communes Cathedralis Ecclesiæ reditus, qui ad Episcopi alendam vitam, absolvendaque munera destinati sunt, haud sufficiant, quamdam is extraordinariam in Diœcesi contributionem expetere potest, cui *Charitativi subsidii* nomen; præterea Jure Communi *Portio Canonica*, idest tertia vel quarta pars Decimarum, eo-

---

(7) *Cap. 1. De Cleric. ægrotante &c.* Conc. Trid. *de ref. Sess. XXI. c. 3. Sess. XXII. c. 3. et Sess. XXIV. c.* 12. Thomassin. *d. P. III. Lib. II. c.* 35. Van-Espen *I. E. U. Part. I. Tit. 7. c. 7. &c.* ac Rieger *Jur. Eccl. P. III. §. 85. &c.*

Digitized by Google

rumque omnium, quæ singulis Diœceseos sacris ædibus relinquuntur, Episcopo debetur; *Census* quoque annuus cuilibet Ecclesiæ Monasteriove impositus eidem olim solvebatur; nec non *Synodaticum* & *Cathedraticum* (8), quæ nempe vel in Synodo, vel in honorem Cathedræ cum ab inferioribus visitaretur, pendi solebant; ac ne de antiquis eiusmodi aliis Episcoporum iuribus verba faciam (9), Antistites omnes, dum Ecclesias eorumdem Jurisdictioni subiectas visitant, ius habent exigendi *Procurationem*, quæ a Tridentinis Patribus ad victualia illis, eorumque asseclis frugaliter moderateque pro temporis tantum necessitate suppeditanda redacta est, nisi Parochi, aliive

(8) De quo mentio fit in *Can. 5. X. q. 3.* qui a Gratiano tribuitur Gelasio Papæ; adeoque, Seculo V. ad finem vergente, Cathedraticum iam *vetusti moris* fuisse videtur.

(9) Veluti *Deportus*, *Emendarum &c.* de quibus vid. Thomassin. *l. c. Cap.* 34. *n. 3. et Cap.* 37. ac Rieger *d. P. III. §.* 269. &c.

Ministri Procurationis loco certam pecuniæ quantitatem solvere malint (10).

Quemadmodum autem Episcopo in sua Diœcesi nonnullæ Jure Communi Exactiones permittuntur, ut ipsius Diœceseos necessitatibus & oneribus consulat; ita si de universalis Ecclesiæ necessitate vel utilitate agatur, ius quasdam exigendi contributiones ex Ecclesiasticis per Orbem diffusis Bonis Supremis Ecclesiæ Moderatoribus esse, Populi Christiani usus, & ratio demonstrat (11).

---

(10) Vid. Conc. Trid. *Sess. XXIV. c. 3. de ref. in Lib.* III. *Decretal. Tit. 39. apud Gregor. Tit. 20. ap. Bonif. Tit. 13. Clement. et Tit. 10. Extrav. Comm.* „ De Censibus, Exactionibus, et Procurationibus „ Ibiq. Interpretes; Gratian. *Tot. Quæst.* 3. *Caus. X. Can.* 30. *XVIII. q. 2. Cap. 16. De Off. Jud. Ord.* Cap. 8. *De Privil.* Cap. 6. *De Relig. Domib.* Thomassin. *Cap. 32. &c. Ibid* Rieger *d. P.* III. *§. 761. &c.* Fleury *Inst. J. E. Part.* II. *c. 24. n. 2. &c.* Van-Espen *I. E. U. Part.* I. *Tit. 17. ac Tit. 32. c. 4. &c.* et Petri Leopoldi M. E. D. Lex lata *d. 30. Aug. an. 1783. in d.* Cod. *Della Tosc. Legislaz. T. XVI. p. 132. &c.*

(11) Istiusmodi contributionum exempla

TITULUS XXIII.

De peculio, ac successione Clericorum.

Quidquid Clerici ab Ecclesia, vel Clericalis status intuitu acquirunt Ecclesiasticum eorumdem *Peculium* dicitur; ac veteres quidem tam Canonicæ quàm Civiles Constitutiones maximam adhibuere curam, ut sacrorum quorumlibet Ministrorum Bona patrimonialia vel propria separarentur ab iis, quæ ipsi post sacros susceptos Ordines Ecclesiastici muneris occasione adepti essent: de primis eos disponere posse pro arbitrio; secunda vero non nisi Ecclesiæ restituenda esse definivere, sive cum testa-

præbent *Annatæ*, de quibus egimus *Tit.* 18. *h. Lib.* et Exactiones Clero et Populo Christiano impositæ ob bella contra Infideles &c. de quibus vid. Fleury *Disc.* IV. *à l' Hist. Eccl. n.* 12. *et Disc.* VI. *n.* 7. *&c.*

mento morerentur Clerici, sive ab intestato (1).

Verum ea postmodum consuetudo introducta, ut ex mobilibus per Ecclesiam acquisitis aliqua pauperibus, religiosis locis, & illis, qui viventi Clerico vel Beneficiario famulati essent, conferre ipse posset (2); quoad cetera vero, quæ ab Ecclesia ipsi obvenissent, *Spoliorum* ius obtinuit. Dicitur autem *Spolium* quidquid a Monachis, vel ex Ecclesiæ Bonis a Clericis relictum post eorum mortem a Superiore, Monasterii vel

---

(1) *Can. Apost.* 39. *in Tom.* I. *Collect. Concil. Mans. p.* 38. et apud Gratian. *in Can.* 21. *X*II. *q.* 1. et vid. *d. Caus. X*II. per tot. *Titt.* 25. *et* 26. *Lib.* III. *Decretal.* „ De Peculio Cler. „ et „ De Testamentis et ult. vol. „ in *Septimo* vero *P. Matth. Tit.* 13. *Lib.* II. *L.* 42. §. 2. *Cod. De Episc. Eccl. et Cl. Nov. Justinian.* CXXXI. *Cap.* 13. Sarpi *Delle Mat. Benef.* §. 54. Van-Espen *I. E. U. Part.* I. *Tit.* 29. *et P.* II. *Tit.* 32. Thomassin. *V. et N. E. D. Part.* III. *L.* 2. *c.* 38. *&c.* et Rieger *I. E. P.* III. §. 373. *&c.*

(2) *Cap. Relatum* 12. *De Testam.* et vid. Conc. Trid. *Sess. XXV. c.* 1. *de ref.*

Ecclesiæ nomine, capitur. Inter Regulares quidem istiusmodi Jus adhuc viget; ad Clericos autem quod attinet, ex contrariâ consuetudine vel Concordatis fere ubique obsolevit, ac plerumque Clericis, nullâ Bonorum divisione factâ, vel consanguinei vel testamentarii heredes succedunt (3).

---

(3) De spoliis Clericorum, et Regularium præter Scriptores supra citatos *n.* 1. *h. Tit.* Vid. Schmier *J. C.* C. *Lib.* III. *Tr.* 5. *P.* I. *c.* 1. *Sect.* 2. §. 3. Migliorucc. *Inst. Can. Lib.* II. *Tit.* 30. *n.* 46. *&c.* 88. *&c.* Viviani de *Jure Patronat. Lib.* I. *c.* 1. *n.* 46. *&c.* et Petri Leopoldi M. E. D. *Encycl.* ad Episcopos et Jusdicentes Etrur. *d.* 15. *Jun. an.* 1782.

Digitized by Google

TITULUS XXIV.

De rerum Ecclesiæ temporalium Privilegiis.

Christiani quidem, piique Principes pro singulari eorum erga Ecclesiam favore ac munificentia rebus etiam temporalibus, quibus ipsa donata fuerat, iuxta varias temporum, Rerumque publicarum conditiones maiorem minoremve Tributorum immunitatem largiti sunt (1), Canonibusque apprime

---

(1) Videndæ hac de re SS. Gregorii Nazianz. Ambrosii, aliorumq. veterum Patrum sententiæ apud Tillemont. *H. E. Tom. IX. p.* 402. *&c. Tom. X. p.* 179. *&c.* qui Tributorum immunitatem Ecclesiæ primum præbuisse Constantinum M. advertit in *Hist. Imperat. Tom.* IV. ubi de eodem Principe agit *art.* 32. atque de Constantio eiusdem Filio *art.* 57. *n.* 48. Thomassin. *d.* P. III. *L.* 1. *c.* 33. *&c.* Bingham. *O. E. Lib. V. c.* 3. Van-Espen *I. E. U. Part.* II. *Tit.* 35. *ac Titt. Decretal. Greg. Bonif. et Extrav. Commun.* „ De immunit. Eccles. „ Ibique Interpretes.

Digitized by Google

consentientes res ipsas minime alienari posse iusserunt (2).

Cum tamen istiusmodi Privilegia non ad intimam Religionis nostræ substantiam pertineant, neque ad præcipuum ac primarium

---

(2) Conc. Ancyran. an. 314. *Can.* 14. ex vers. Dionysii Exig. vel 15. iuxta ordinem Græcor. in *Tom.* II. *Collect. Conc. Mans. p.* 518. Carthag. V. *Can.* 4. relat. in *Cod. Afr. n.* 26. a Gratiano in *Can.* 39. *XVII. q.* 4. *et in Tom.* III. *d. Collect. p.* 728. *et* 969. S. Leo M. *Epist.* 17. *ad Episc. Sicil.* ap. Gratian. *in Can.* 52. *XII. q.* 2. *et in Tom. V. d. Collect. p.* 1314. *&c.* Hilarus Papa *Epist.* 8. *ad Episc. Gall. n.* 5. *Ibid. Tom.* VII. *p.* 936. Symmachus *ad Cæsar. Arelat. in d. Collect. Tom.* VIII. *p.* 212. et apud Gratian. *in Can.* 61. *XVI. q.* 1. *ac Tot. Quæst.* 2. *Caus. X. Titt. Decretal. Greg. Sexti, Clementinar. et Extravag. Comm.* „ De rebus Eccles. alienand. vel non „. *L.* 14. *Cod. De sacros. Eccl.* et ibi *Authent.* Justinian. *Nov.* VII. *et CXX.* Josephi II. Imp. Lex lata *d.* 5. *Octob. an.* 1782. ubi et præcedentium Imperatorum hac de re Constitutiones adducuntur; Guil. Redoanus, et P. Ant. de Petra *Tract. De Alienat. rer. Eccl.* Sarpi *Delle Mat. Benef.* §. 36. Fleury *Inst. Jur. Eccl.* P. II. *c.* 12. *et Commentar. de reb. Eccl. Gallic.* Van-Espen I. *E. U. Part.* II. *T.* 36. *c.* 3. *&c.* ac Rieger I. *E. Part.* III. §. 299. &c.

Digitized by Google

eiusdem finem, spiritualem Animarum salutem, dirigantur, sed ad externum tantum Ecclesiæ decus, atque ad secundarium referantur Juris Sacri scopum, ut scilicet exteriori cuidam religioso Cultui commodius prospiciatur: quod procul dubio cum Civilis Reipublicæ felicitate, atque opibus arcto quodam vinculo connectitur, nec obtineri potest, nisi Populus Christianus rerum copiâ, bonisque ipsis temporalibus affluat; iam patet, hæc Jura temporalia Ecclesiæ competentia ex eorumdem indole, institutione, ac fine usque adeo vigere, donec Reipublicæ utilitati, quietique non opponuntur. Hinc iure optimo cum a sacris deinceps tum a civilibus Legumlatoribus, pro variis Christianæ, Politicæque cuiusvis Societatis indigentiis, & Ecclesiæ Bonis extraordinaria quædam imponi tributa, & ipsa legitime alienari posse, statutum (3);

(3) Realis immunitatis Ecclesiæ vicissi-

Digitized by Google

dummodo & onera illa recto iustoque Populi cuiuscumque regimini conveniant, & in eiusmodi alienationibus conditiones serventur ab Jure Canonum requisitæ: iusta nempe sit oportet alienandi caussa, hoc est si necessitas id, pietas, Ecclesiæve utilitas exigat; eiusdem autem caussæ apud competentem Judicem discussio fieri, atque auctoritas adesse debet Superioris (4).

---

tudines vid. ap. Tillem *H. E.* „ *S. Ambroise* „ *art.* 56. *Tom. X. p.* 206. &c. et Scriptores supracitatos. Ad Etruriam vero quod attinet, *Epistt.* Summorum Pontificum Sixti IV. Innocentii VIII. Alexandri VI. Julii II. Leonis X. aliorumque apud Fabruccium *Opusc. V. p.* 40. &c. *X. p.* 10. &c. 18. &c. XI. *p.* 14 &c. *et* 17. XII. *p.* 17. &c. *et* XIII. *p.* 14. &c. Pagninium *Della Decima* &c. P. I. *Sez.* 5. *c.* 4. &c. et Fabronium *Hist. Acad. Pis.* P. II. *c.* 1. Legesque Magnorum Etruriæ Ducum Cosmi III. *d.* 15. *Mart. an.* 1697. *in* Collect. *Legum Etr. edit. Flor. Clas.* II. *n.* 2. *d. ann.* Francisci I. Imp. *d.* 11. *Mart. an.* 1751. *in* Cod. *della Tosc. Legisl. Tom. IX. p.* 19. &c. et Petri Leopoldi *d.* 2. *Mart. an.* 1769. *ibid. p.* 32. &c. cum *Instructione ibid. p.* 64. &c. *ac d.* 11. *Maii* 1775.

(4) De quo apud nos vid. Petri Leopol-

Inter Ecclesiæ vero iura quoad res temporales non omittendum, quod si notabilis in earumdem alienationibus læsio intervenerit, Ecclesia, non secus ac minor, restituitur in integrum (5); & contra Ecclesiam generatim non nisi annorum quadraginta præscriptio, contra Romanam autem *centenaria* tantum admittitur (6).

---

di M. E. D. Leges latæ *dd.* 7. *Mart.* 1773. 9. *Oct.* 1779. 14. *Jun.* 1783. 10. *Januar. et* 28. *Aug.* 1784. 19. *Febr. et* 22. *Octob.* 1785. *ac* 23. *Sept.* 1786.

(5) Vid. Conc. Carthag. relat. in *Can.* 6. *X. q.* 2. *et in* Cap. 2. *De Precar. in Lib.* I. *Decretal. Tit.* 41. *ap. Greg.* Tit. 21. *ap. Bonif. et* Tit. 11. *Clementin.* „ De in integr. restit. „ *Cap.* 11. *De reb. Eccl. alien.* &c. ac Rieger I. *E. Part.* III. §. 321. *et* 341.

(6) *Lib.* II *Tit.* 26. *Decretal. Gregor. et Tit.* 13. *in Sext.* „ De Præscriptionib. „ Rieger P. II. §. 1150. &c. Schmier *J. Can. Civ. Lib.* I. *Tr.* 2. *c.* 5. *n.* 565. &c.

Ac de aliis circa res temporales Ecclesiæ iuribus vid. *Cap.* 2. *De solutionib. Cap.* 4. *De Fideiuss. Cap.* 1. *De Deposito*, et præl. Rieger P. III. §. 334. &c. 418. &c.

Digitized by Google

CANONICARUM INSTITUTIONUM

LIBER III.

De Civilibus Ecclesiae Judiciis.

TITULUS I.

De spirituali, ac temporali Ecclesiæ Jurisdictione.

Publica noscendi, ac definiendi caussas, & sententias exequendi potestas proprie dicitur *Jurisdictio* (1). Quæ vero Ecclesiæ Præsulibus competit istiusmodi potestas, & *Ecclesiastica* proinde vocatur, vel *spiritualis* est, vel *temporalis*.

(1) Vid. Noodt *De Jurisd. et Imp. Lib.* I. *c.* 1. et Schmier *Jur. Can. Civ. Lib.* I. *Tr.* 5. *c.* 1. &c.

Digitized by Google

Prima quidem eas respicit cauſſas, quæ directe ad Animæ salutem referuntur, & ex proprii Miniſterii vi, habitâ omnium Christi Fidelium ratione, generatim Jus dicere poſſunt universalia Concilia, Summusque Pontifex : in Regno quovis Concilia Nationalia, Patriarcha, vel Primas; Provincialia Concilia, & Metropolita in Provincia; in quavis demum Diœcesi Episcopus ordinario Jure, Diœcesanaque Synodus: quibus & illi adiciendi Prælati, qui ex privilegio, consuetudine, aliove quocumque titulo Episcopali Jurisdictione fruuntur (a).

Temporalis vero Jurisdictio ad ea pertinet, quæ circa huius mortalis vitæ utilitatem ac bona verſantur; & extraordinarie non ex proprii officii vi, sed ex acquisitis privilegiis ab Eccleſiæ Ministris exercetur. Cum enim a primis Eccleſiæ incunabulis Episcopi æqui

(a) Vid. quæ de istis Eccleſiæ Magiſtratibus diximus in *Prolegom. et Lib. I.*

Digitized by Google

bonique regulas sine tricis subtilibusque anfractibus Fori sanctissime in Judiciis servare consuevissent, Imperatores, Principesque Christiani Episcoporum eorumdem (ut tum temporis dicebatur) *Audientiam* ad temporales quoque caussas latis Legibus extenderunt; ac proinde laicis Episcopali uti Judicio volentibus id libere permissum, Clericorum autem, Monachorumque lites quasvis ab Episcopis iudicandas esse, statutum fuit (3).

---

(3) Vid *Tit.* „ De Episcopali Judic. „ *ad calcem Lib. XVI. Cod. Theodos.* et ibi Jac. Gothofredi *Commentar. Tom. VI. P.* I. *p.* 339. *Edit. Lips. an.* 1745. Jac. Sirmondi *Append. ad eumd. Cod. in ſin. Part.* II. *d. Tom. VI. Tit.* 4. *Lib.* I. *Cod. Justin.* „ De Episcopali Audientia „; Justinian. *Nov. LXXIX. c.* 1. *&c. LXXXIII. in Præf. et Cap.* 1. *CXXIII. c.* 1. 8. 28. *&c. Constitutt.* Italiæ Regum Theodorici, et Athalarici apud Cassiodorum *Var. Lib.* I. *Ep.* 9. *Lib. IV. Ep.* 18. *et Lib.* VIII. *Ep.* 24. Imp. Friderici II. *Auth. Statuimus post Leg.* 33. *Cod. De Episc. et Cler. Titt.* 1. *et* 2. *Lib.* II. *Decretal. Greg. Bonif. Clementin. Extrav. Comm. et Septimi* „ De Judiciis „ et „ De Foro

Digitized by Google

Sed mutatâ postmodum Disciplinâ, pro variis temporum ac locorum conditionibus non solum extraordinaria vel temporalis Episcoporum Jurisdictio per Principum Leges, & contrariam consuetudinem (4); verum etiam ordinaria & propria per Exemptiones, admodum est imminuta.

Exempti vocantur ii, qui ab ordinaria Ecclesiasticorum Præsulum Jurisdictione immunes Romano directè Pontifici subiiciuntur. Eiusmodi autem privilegia, quæ contra veteres Canones in Regularium favorem primo irrepsere, Canonicorum deinde Capitulis, Uni-

---

Competenti ,, Ibiq. Interprr. Fleury *Disc. II. à l' H. E. n.* 5. *Disc.* III. *n.* 9. *&c et* 18. *Disc.* VII. *n.* 2. 6. *&c. ac* Tillemont. *Hist. des Emper. T.* IV. ubi de Constantino M. agit *art.* 88. *et n.* 70. *&c.* atque *Hist. Eccl. T.* VIII. *p.* 392. *&c.* 411. *&c.* ,, *S. Damase* ,, *art.* 3. 11. &c.

(4) Vid. Thomassin. *Vet. et Nov. Eccl. Disc. P.* II. *Lib.* III. *c.* 102. *&c.* ac Petri Leopoldi M. E. D. *Lex d.* 30. *Octob. an.* 1784. et aliæ supra relatæ *Lib. I. Tit.* 4.

Digitized by Google

versitatibus, ac singulis etiam personis communicata sunt; unde orta Exemptionum distinctio in *personales*, quibus ita personæ donantur, ut ubicumque ipsæ degant, eo fruantur privilegio, & *locales*, quæ personis conceduntur in Monasterio, vel alio quovis loco morantibus, ita ut si ad alia transeant, minime gaudeant immunitate. Verum Exemptiones, ubi vigent, ad ea non extenduntur, quæ uniformem respiciunt, communemque totius Diœceseos cultum, cuiusmodi est Festorum, Jeiuniorumque observatio; atque ad eas tantum restringendæ sunt qualitates, quæ in Pontificiis litteris exprimuntur (5).

(5) Conc. Trid. *Sess. XXI. c.* 8. *Sess. XXII. c.* 8. *et Sess. XXV. c.* 8. 11. *&c. De Regul. in Lib. V. Decretal. Tit.* 33. *ap. Greg. et Tit* 7. *ap. Bonif. in Clement. et Extrav. Comm.* „ De Privileg. et excessib. Privileg. „ Van-Espen *I. E. U. Part. III. T.* 12. *c.* 1. *&c.* Rieger *I. E. Part. II.* §. 629. *&c.* Sarpi *Delle Mat. Benef.* §. 10. *&c.*

Digitized by Google

TITULUS II.

De Judiciis.

Judicium in legitima caussæ controversæ inter actorem & reum coram Judice discussione, ac decisione consistit (1); atque dividitur in *Ecclesiasticum*, *Seculare*, ac *Mistum*: Primum coram Ecclesiastico Judice de rebus ad Ecclesiam pertinentibus; alterum coram Seculari de rebus politicum hominum statum respicientibus fit; in misto denique res profanæ sacris quandoque miscentur, seu Civilis agendi ratio cum Canonica in eadem caussa jungitur, ac vel Judex Ec-

---

ac Etruriæ Leges, quibus Exemptiones omnes sublatæ sunt, superius a nobis adductæ *Lib. I. Tit.* 22. *n.* 6.

(1) *Tit.* 1. *Lib.* II. *Decretal. Greg. Sexti*, *Clementinar. et Extravag. Commun.* „ De Judiciis „ Ibique Interpretes, Rieger *I. E. Part.* II. §. 760. &c. Van-Espen *I. E. U. Part.* III. *Tit.* 2. et Schmier *J. C. C. Lib.* II. *Tr.* 1. &c.

Digitized by Google

clesiasticus adiungitur Seculari, vel *præventio*, ut aiunt, inter eos pro vario locorum usu obtinere solet (2).

Item Judicia sunt vel *Plenaria*, in quibus omnes Juris solemnitates adhibentur, vel *Summaria*, in quibus sine forma strepituque Forensi res controversa discutitur, iis tantum servatis, sine quibus veritas dignosci nequit (3).

Quædam *Realia* dicuntur Judicia, in quibus agitur de iuribus in re; quædam *Personalia*, quæ circa iura in personas versantur. Nonnulla *Petitoria* sunt, in quibus de proprietate vel quasi proprietate; alia *Possessoria*, in quibus de possessione vel quasi disceptatur. Sed ceteris omissis, præcipua, quæ hic a nobis exponi de-

(2) Vid. præter Auctores supracit. Thomassin. *Vet. et Nov. Eccl. Disc. P.* II. *L.* 3. *c.* 108. *n.* 8.

(3) Vid. *Clem.* 2. *De verb. signif. et Clem.* 2. *De Judic.*

Digitized by Google

bet Judiciorum divisio est, quod alia circa res et iura, de quibus dubitari potest, an uni vel alteri legitime debeantur, institui solent, ac *Civilia* vel apud Juris Canonici Consultos dicuntur; alia vero, quæ vocantur *Criminalia*, sunt, in quibus ad examen maleficia vel delicta revocantur, ac reorum pœnæ definiuntur.

TITULUS III.

De Officio Judicis, et Arbitri.

Qui circa rem controversam in Judicio sententiam proferre debent vel *Judices ordinarii* sunt, propriæ nempe dignitatis aut officii vi, Juris dicendi publicâ et generali præditi potestate (1); vel *Delegati*,

(1) „ De Officio Iudicis ordinarii „ sunt in *Lib.* I. *Decretal. Titt.* 31. *et* 32. *ap. Gre-*

Digitized by Google

quibus a Lege, sive ab homine specialis quædam Iurisdictio mandatur (2); vel tandem *Arbitri*, quorum licet Jurisdictione carentium arbitrio se se in re controversa decidenda mutuo consensu partes subiiciunt (3).

Arbitrorum autem alii *necessarii* sunt, qui iubente Lege quibusdam in caussis eligi debent (4); alii *voluntarii*, quorum electio ex spontanea partium voluntate pen-

---

gor. Tit. 16. *ap. Bon. Tit.* 9. *Clementin. et Tit.* 7. *Extravag. Comm.*

(2) Vid. in *Lib.* I. *Decretal. Tit.* 29. *ap. Gregor. Tit.* 14. *ap. Bonif. Tit.* 8. *Clementinar. et Tit.* 6. *Extrav. Comm.* „ De Officio et pot. Jud. delegati „. Ac tam de hoc, quàm de Ordinario Iudice vid. Van-Espen *I. E. U. Part.* III. *Tit.* 5. Schmier *Jur. Can. Civ. Lib.* I. *Tr.* 5. *c.* 1. *n.* 84. &c. *et Cap.* 7. *Lib.* II. *Tr.* 1. *c.* 2. et Rieger *Jur. Eccl. P.* II. §. 581. &c.

(3) In *d. Lib.* I. *Decretal.* vid. *Tit.* 43. *ap. Greg. et* Tit. 22. *ap. Bonif.* „ De Arbitris „ atq. ibi Interpretes, Scriptoresque in *not. anteced. citt.*

(4) Vid. *Can.* 46. *XI. q.* 1. *Cap.* 41. §. 1. *De Appellat. Cap.* 39. *De Off. Jud. deleg. et Cap.* 14. *De Rescript.*

det, nec fines excedere poſſunt *Compromiſſi*, aut conventionis, qua partes ſe Arbitrorum deciſionem probaturas, & executuras eſſe promittunt.

Compromittere vero poſſunt omnes, qui res controverſas adminiſtrare, ac circa ipſas in Judicio agere non prohibentur; quemadmodum in omnibus cauſſis compromittitur, gravioribus nonnullis exceptis, veluti matrimonialibus, criminalibus, exemptis, liberalibus, deciſis per ſententiam, quæ in rem iudicatam tranſiit, ſi de reſtitutione in integrum agatur &c. (5).

Jure Civili, cui plerumque hac in re congruit Canonicum, Judices eſſe non poſſunt, nec arbitri qui ratione carent, cœci muti & ſurdi (6), minores viginti annis,

---

(5) *Cap. Cauſſa* 9. *De in integrum reſtit.* et vid. Rieger *d.* P. II. §. 743.

(6) *L.* 12. §. 2. *D. de Judic.* et *L.* 2. §. 1. D. *De reg. Jur.*

Digitized by Google

nisi publicas exerceant Præfecturas (7), servi, ac mulieres, si Principes illustresve fœminas excipiatis (8). Speciali autem Canonum statuto ab eiusmodi munere arcentur sine Superioris iussu Regulares (9); in caussis spiritualibus laici, nisi cum auctoritate Judicis Ecclesiastici Clericis in sententia vel arbitrio ferendo adiungantur (10); excommunicati (11); & infames Judices esse nequeunt, licet ab arbitrio expressâ Juris constitutione minime repellantur (12); cumque Jure Civili arbitri esse non possint Judices ordinarii, Canoni-

(7) *L.* 41. D. *De recept. qui arb. &c. ac L.* 57. D. *De re iudic.*

(8) *dd. L.* 12. §. 2. D. *De Iudic. et L.* 2. D. *De reg. jur. L.* 7. D. *De recept. &c. L.* 3. D. *De Off. Prætor. Can.* 2. §. 19. Ill. *q.* 7. *et Cap.* 4. *De Arbitr.*

(9) *Cap.* 2. *De postulando.*

(10) *Cap.* 2. *De Iudic. et Cap.* 8. *et* 9. *De Arbitr.*

(11) *Cap.* 24. *De Sent. excomm.*

(12) *Cap.* 87. *De reg. Iur. in* VI. *et dd. Can.* 2. §. 17. Ill. *q.* 7. *ac L.* 7. *De Recept. &c.*

Digitized by Google

morte vel unius ex pluribus arbitris, nisi vel in eorum quemlibet in solidum, vel in Collegium quoddam, vel in personam, sed habitâ ipsius tantum officii dignitatisve ratione, compromissum fuerit; superveniente Arbitris dignitate; recusatione alterutrius litigantium propter justam suspicionis caussam (quæ quidem & contra Judices tam ordinarios, quàm delegatos locum habet); ordinario Judicio inter partes inito; ac lapsu temporis in compromisso ad caussam definiendam constituti, seu non observatâ eidem appositâ conditione (17).

(17) De his, ac de Judicum Officiis generatim, præter Auctores supra citatos *n.* 2. &c. *h. Tit.* videndi Lampredius *Iur. Publ. Univ. P.* II. *c.* 3. §. 17. Heinecc. *Iur. Nat. et Gent. Lib.* II. *n.* 156. &c. Domat *Droit Publ. L.* II. *Tit.* 4. *et L.* IV. *Tit.* 4. ac Petri Leopoldi M. E. D. Leges latæ *dd.* 30. *Decembr. an.* 1771. 30. *Sept.* 1772. 2. *Ianuar.* 1774. 18. *Aug. et* 30. *Octobr.* 1778. 5. *Iun.* 1779. 17. *Febr.* 15. *Mart. et* 28. *Apr.* 1781: 1. *Iun. et* 17. *Nov.* 1784. *ac* 23. *Sept.* 1788.

TITULUS IV.

De Actore, ac Reo.

Qui agit, vel aliquid sibi debitum perſequitur in Civili Judicio, *Actor*; is vero, contra quem agitur, *Reus* tam in Civili quàm in Criminali vocatur. Utrumque legitimâ Judicem adeundi facultate præditum eſſe oportet: qua ſane carent qui nullum, aut nondum perfectum Rationis uſum, & experientiam habent, veluti furioſi, pupilli, & minores ſine conſenſu Tutorum &c. (1); ſervi, exceptis cauſſis, in quibus de illorum libertate diſputatur, vel de rebus ad publicam pertinentibus utilitatem (2); & Regulares ſine Superiorum permiſſione, niſi vel ſpiritualia ſibi competentia iura proſequantur, vel contra ſuos Præfectos

(1) *Cap. ult.* De *Judic. in* VI.
(2) *L. Vix* 53. D. De *Judic.*

Digitized by Google

agere velint (3). Sed in caussis spiritualibus omnes ut plurimum admittuntur (4).

Quamvis autem excommunicati actores esse nequeant, nisi in ipsa excommunicationis caussa, vel ubi periculum Animæ, aut in mora sit; ab aliis tamen conventi per Procuratores Judicem adire possunt (5): quibus & ceteri quidem utuntur, qui ex defectu corporis, aliisve de caussis per se ipsos Judiciis adesse nequeunt (6).

---

(3) *Cap. Cum* Deputati 16. *Eod. et Cap. Ex parte* 11. De *Accusat.*

(4) Licet filii familias sint, *Can.* 36. II. *q. 7. et Cap.* 11. De *Sponsalib.* dummodo tamen sint rationis compotes, ac decimum quartum ætatis annum peregerint, *Cap.* 3. De *Judic. in* VI.

(5) Sed Actorem reconvenire nequeunt *Cap.* 2. 5. *et* 12. De *Exception. Cap.* 7. De *Judic. Cap.* 1. De *rescript. in* VI. *et Cap.* 8. De *Sent. Excomm. in* VI.

(6) Vid. Schmier *Jur. Can. Civ. Lib.* II. *Tr.* 1. *c.* 2. *n.* 110. *&c.*

Digitized by Google

TITULUS V.

De Advocatis, & Procuratoribus.

Advocati proprie dicuntur qui alienas caussas patrocinantur in Judicio, sive consilium litigantibus præbent (1).

Canonico quidem Jure ab hoc arcentur officio excommunicati (2); ac Regulares, nisi cum auctoritate Superioris in caussis proprii cœno-

---

(1) De Advocatis apud Romanos &c. videndæ antiquæ Leges *Regiæ*, *XII. Tabular. Papia de Patronis*, *Cincia &c.* apud Gravinam *De Orig. Jur. Civ. L.III. n.* 72. atque Terrassonium *Hist. De la Jurispr. Rom. ad Leg.* 14. *Cod. Papirian. et ad Leg.* 64. *XII. Tabb.* Domat *Dr. Publ. L. II. Tit.* 6. Van-Espen *I. E. U. Part. III. Tit.* 6. *c.* 2. ac Schmier *J. C. C. Lib. II. Tr.* 1. *Cap.* 2. *n.* 173. *&c.*

De illorum autem Collegiis, qualitatibus, officiisque in Etruria, vid. *Stat. Florent. Lib.* II. *Rubr.* 10. 82. *&c.* ac Leges latæ *dd.* 14. *Mart. an.* 1611. 20. *Jul.* 1779. *et* 23. *Sept.* 1788. *n.* 13. *&c.*

(2) *Cap.* 8. *De Sent. excom. in VI. et Cap.* 7. *De Iudiciis.*

Digitized by Google

bii utilitatem respicientibus (3). Clerici sacris in Ordinibus constituti, vel Beneficiarii caussas defendere nequeunt coram Judice Seculari, nisi de propriis, vel Ecclesiarum, quibus addicti sunt, consanguineorum, aut miserabilium caussis agatur; ceteri autem Clerici Advocatorum munus obire possunt, dummodo se criminalibus Judiciis contra reos non immisceant: si vero Clericus contra Ecclesiam, in qua Beneficium habet, Advocatus vel Procurator fuerit, a Beneficio ipso tamquam ingratus deponitur (4).

Procuratorum plures sunt species: Hic tamen de illis tantummodo loquimur, qui aliarum personarum nomine in Judicio ex earumdem mandato agunt (5).

---

(3) *Cap. 2. De postuland. et Clem. 1. v. Amplius De Verb. Signif.*

(4) *Cap. 1. et 3. De postuland.*

(5) De Procuratoribus vid. Gratian. *Caus. V. q. 3. et in Lib. I. Decretal. Tit. 38. ap. Gregor. Tit. 19. ap. Bonif. et Tit. 10. Cle-*

Hinc in eo quidem Procuratores differunt ab Advocatis, quod illi vice dominorum quidquid opus est in caussis defendendis perficiunt; isti autem Jura ostendunt litigantibus, quibus agere debent, vel excipere: quamvis sæpe sæpius eiusmodi officia in una eademque persona coniungi soleant.

Juxta Canones Procuratores esse nequeunt infames, infideles, hæretici, calumniatores, Præsules, maioresque Antistites, fœminæ, minores, iique omnes, quos aliorum Advocatos esse, vel in Judicium, ut suas caussas defendant, advenire non posse diximus (6).

Dominus, aut principalis quivis litigator, plures etiam constituere potest in una eademque caussa Procuratores, quorum unus sine

---

mentin. Schmier *l. c. n.* 250. *&c.* Van-Espen *d. Tit.* 6. *c.* 3. Rieger *I. E. Part.* II. §. 699. *&c.* atque Domat *Loix Civ. &c. L.* I. *T.* 15. *et Droit Publ. L.* II. *T.* 5. *S.* 2.

(6) *Can.* 1. *et* 2. *III. q.* 7. atque *Cap.* 5. §. 2. *De Procuratorib. in VI.*

Digitized by Google

aliorum consensu procedere nequit, nisi eorum singuli constituti fuerint in solidum; hoc enim casu quisque per se agere non prohibetur, at qui prior litem contestatus fuerit, excludit alios (7).

Exspirat autem Procuratoris officium finitâ caussâ, ipsius morte vel renunciatione, morte vel revocatione Domini, ac mutuo dissensu; dummodo, si litem Procurator contestatus fuerit, renunciatio, aut revocatio fiat ex iusta caussa, & tam de his, quàm de mutuo dissensu Judex, adversariusque certiores fiant (8): per mortem vero Domini post litis contestationem non infirmatur mandatum, nisi quis a Prælato vel Ecclesiastico Rectore ad tuendum Beneficium Procurator designatus fuerit (9).

---

(7) *Cap. si duo 6. in pr. De Procuratorib. in VI.*

(8) *Cap. 13. De Procurator.*

(9) *Clem. 4. Eod.* De Caussidicis generatim præter ea, quæ *n. 1. et seqq. h. Tit.*

Syndici a Procuratoribus in eo differunt, quod hi a singularibus plerumque perſonis, illi autem a Collegiis vel Univerſitatibus tam ad lites, quàm ad cetera negotia conſtituantur; & ratione habitâ status, qualitatumque Conſtituentium, eadem de Syndicis, ac de Procuratoribus dicenda (10): quæ ad *Conſervatores* etiam extendi poſſunt, qui vel a Papa, vel interdum quoque ab Epiſcopo deſignantur, ut religioſæ alicuius Familiæ, aut quarumdam perſonarum patrocinium ſuſcipiant, ab eisque

---

adnotavimus, vid. *Lib.* III. *Tit.* 3. *Digeſt.* et *Tit.* 13. *Lib.* II. *Cod. Iuſtin.* ibique Interpretes; quoad Etruriam vero Leges latæ *d.* 10. *Febr. an.* 1569. *c.* 4. *&c. d.* 12. *Febr.* 1571. *d.* 12. *Aug.* 1678. *n.* 10. *d.* 5. *Octob.* 1690. *d.* 26. *Octob.* 1736. *d.* 30. *Decemb.* 1771. *n.* 45. *&c.* 10. *Iun.* 1775. *d.* 25. *Octob.* 1777. *d.* 12. *Octob.* 1779. *d.* 17. *Febr.* et 15. *Mart.* 1781. et *d.* 23. *Sept.* 1788. *n.* 13. *&c.*

(10) Vid. *Tit.* 38. *Lib. I. Decretal.* „De Syndico „ *Cap.* 2. *De in integr. reſtit.* Domat *Loix Civ. &c. L.* II. *Tit.* 3. aliique ſupra citati *n.* 5. *b. Tit.*

Digitized by Google

propulsent illatas vel inferendas iniurias (11); ad *Defensores* vel *Vicedominos* qui Ecclesiarum iura tuentur; atque ad *Promotores*, quorum officium ad id plerumque redigitur, ut ea persequantur, ac detegant, quæ contra Jurisdictionem Ecclesiæ fiunt (12).

---

(11) *Cap.* 1. *et ult. De off. et pot. Iud. Deleg. in VI.* Schmier *I. C. C. Lib. I. Tr.* 5. *c.* 7. *n.* 155. &c. et Anaclet. *ad* Tit. *Decret.* De *off. et pot. Iud. del. n.* 168. &c.

(12) Vid. Thomassin. *V. et N. E. D. Part.* I. *Lib.* 2. *c.* 97. &c. et *P.* III. *L.* 2. *c.* 55. Bingham. *O. E. Lib.* III. *c.* 11. §. 3. &c. Jac. Gothofred. *ad Leg.* 38. *Cod. Th. De Episcop. Eccles. et Cleric.* Rieger I. *E. Part.* III. §. 715. &c. Et quoad Etruriæ Vicedominos, et Aedituos, sive (ut vulgo dici solent) *Operarios*, videndi Manni *Sigill. ant. Tom.* I. *n.* 1. Migliore *Firenz. illustr. P.* I. *pag.* 128. &c. Ammirato *Vesc. di Fiesole p.* 32. &c. deque Monialium Operariis in specie Magnorum Etruriæ Ducum *Leges d.* 17. *Apr. an.* 1545. 11. *Iul.* 1570. 19. *Sept. et* 27. *Decemb.* 1765. 3. *Iul.* 1766. 7. *Mart.* 1778. et 20. *Nov.* 1782.

Digitized by Google

TITULUS VI.

De Tribunalium Eccleſiaſticorum Miniſtris.

Inter Judicis Eccleſiaſtici Miniſtros & Adiutores primum obtinet locum *Adſeſſor* ita dictus, quòd Judici adsidet, eique in perficiendo Judicio auxiliatur. Itaque si per ſe ipsum Judex, eo quod Juris destituatur peritiâ, aliâve iusta de caussa, litem decidere nequeat, Adſeſſorem aſſumere debet, ſi præſertim id litigantes requirant (1). Adſeſſor autem ipse ad ea fere omnia præſtanda tenetur, quæ de officio Judicis diſſerentes expoſuimus (2).

---

(1) *Conſtit.* Leonis X. apud Van-Eſpen I. *E. U. Part.* III. T. *6. c.* 1. *n.* 26.

(2) Vid. Gravina *Or. Iur. Civ. Lib* I. *n.* 126. *Tit.* 12. *Lib.* I. *Cod. Theod.* et *Tit.* 51. *Lib.* I. *Cod. Iuſt.* „ De Adſeſſorib. Domeſt. et Cancell. „ *Tit.* 22. *Lib.* I. *Digeſt.* „ De offic. Adſeſſor. „ et *Novell. Iuſtiniani* LX. *c.* 2.

Digitized by Google

Referendarii solent in amplioribus Curiis, ac Romæ in primis, constitui, ubi propter caussarum copiam non possunt Judices omnia per se ad examen revocare. Horum igitur est ea, quæ a Partibus allegata fuere, discutere, ac eorumdem compendium, caussæque cuiusvis rationes, & meritum referre ad Judices & Adsessores, ut hoc pacto ipsi de re controversa summatim instructi sententiam proferre possint (3).

Cancellarii Ecclesiasticorum Tribunalium Acta custodire, Episcopales Epistolas, Diplomata, & Instrumenta signare, aliaque huiusmodi gerere debent, quæ ipsis ab Episcopo, vel ab eius Vicario Generali mandantur (4).

---

(3) De Referendariis, Adsessoribus, aliisque huiusmodi Ecclesiasticorum Tribunalium Ministris vid Schmier *Iur. Can. Civ. Lib.* II. *Tr.* I. *c.* 2. *n.* 451. &c. et Van-Espen *d. Tit.* 6. P. III.

(4) Vid. Jac. Gothofred. *ad Leg.* 3. *Cod.*

Digitized by Google

His adiungendi *Notarii*, *Actuarii* &c. quorum est Judicialia quoties oportet conscribere, & eorum copiam facere Partibus, aliisque Judice consentiente; ac tandem *Apparitores* vel *Nuncii*, qui Partes citare debent, sententias & mandata Judicis exequi, ceterisque præsto esse actibus, qui eiusmodi ministris committi solent (5).

Theod. De Adsessor. Domest. et Cancellar. Bingham. *Or. Eccl. Lib.* II. *c.* 7. §. 5. *et Lib.* III. *c.* 11. §. 6. &c. Thomassin. *V. et N. E.* D. *Part.* I. L. 2. *c.* 104. &c. et P. III. L. 3. *c.* 25. atque Van-Espen I. *E. U. Part.* I. *Tit.* 23. *c.* 1.

(5) Præter Scriptores supra citatos, vid. Fleury *Inst.* I. *E. Part.* III. *c.* 4. atque ad Etruriam in specie quod attinet, Petri Leopoldi Leges *d.* 30. *Oct. an.* 1784. *n.* 8. &c. *d.* 12. *Febr.* 14. *Maii*, *et* 6. *Aug.* 1785.

Digitized by Google

TITULUS VII.

De Pactis, & Transactionibus.

Cum in rebus dubiis ac litigiosis, solicitudines sumptusque litium evitandi caussâ, nonnunquam Pactis, Transactionibusve controversiæ dirimantur; antequam ad ea pertractanda, quæ iudicialem respiciunt Processum, deveniamus, de his conventionum speciebus nonnulla dicenda.

Pactum est mutua dandi aliquid, faciendi, vel non faciendi promissio, & acceptatio. Variis autem Pactorum divisionibus, atque speciebus, & Jurisconsultorum circa eorumdem naturam sententiis omissis (1), id unum advertemus,

---

(1) De quibus videri possunt Cuiacius *Observat. Lib.* II. *c.* 15. Merillius *Var. ex Cuiacio* L. I. *c.* 25. Heineccius I. *N. et G. L.* I. §. 385. &c. et Schmier *Jurispr. Can. Civ. Lib.* III. *Tr.* 3. *Cap.* I.

Digitized by Google

quod ex præsenti omnium fere Tribunalium, & præsertim Ecclesiasticorum, usu a quibuscumque Pactis, sive *nudis* (ut aiunt) sive *cum nomine & caussa*, oritur actio, dummodo nec turpia sint, nec impossibilia, nec damnosa Ecclesiæ, nec circa res versentur, quæ in commercio non sunt, nec Animæ periculum contineant; immo & pacta quædam, quæ alias per se ſpsa inutilia forent, veluti de facto alieno &c. si iuramento firmata sint, vel Ecclesiæ censeantur utilia, Jure Canonum valent (2).

Transactio vero est conventio, qua duo pluresve rem controversam & dubiam, quadam admissâ compensatione, inter se componunt (3).

---

(2) Vid. *in Lib.* I. *Decretal. Tit.* 35. *ap. Greg.* et *Tit.* 19. *apud Bonif.* „ De Pactis „ *Cap.* 6. et 28. *De jureiur. Cap. Licet mulieres Eod. in* VI. Heinecc. *Elem. Jur. Civ.* §. 778. *et* §. 1157. Schmier *l. c. n.* 47. Rieger I. *E. Part.* II. §. 682. &c. 1142. atque Domat *Loix Civ.* &c. L. I. *Tit.* 1.

(3) *Tit.* 36. *Lib.* I. *Decretal. Greg.*

Digitized by Google

Transigere, ac paciſci poſſunt qui de rebus, de quibus agitur, libere diſponere valent; prohibentur autem Jure Canonico Transactiones, in quibus res ſpirituales cum temporalibus commutantur, & in Matrimonialibus cauſſis.

TITULUS VIII.

De Foro competenti, Oblatione libelli, & Citatione.

F*orum* eſt locus, ubi Jus dicitur; atque hic de *externo* tantummodo loquimur, in quo formulis quibusdam adhibitis, certiſque ſolemnitatibus, atque a perſonis ab Jure ſtatutis publice proceditur; cum in *interno* iuridicâ proceſſus formâ, vel telâ, ut aiunt, iudiciariâ ſublatâ, idem profecto ſit

---

„ De Transactionibus „ et Domat. *loc. cit. Tit.* 13.

Digitized by Google

actor vel accusator, & reus, testis, atque advocatus &c. & in occulto iudicium fiat.

Competens vero dicitur Forum, in quo Jure quis convenitur, idque sortitur quisque ratione vel domicilii, vel rei controversæ, vel contractus, vel delicti, vel specialis alicuius qualitatis, aut privilegii, vel tandem alterius personæ, cui aliquo pacto iungitur (1).

Libellus est scriptura quædam iudicialis ad id instituta, ut reus actoris petitionem intelligat, & secum reputet, Iudicio ne contendere, aut cedere satius sit; & continere debet nomina Iudicis, Actoris, ac Rei conventi, quæstionis, qua de agitur, perspicuam narrationem, caussam petendi, seu ius vel actionem, quam sibi compete-

---

(1) Vid. in *Lib. II. Decretal. Tit.* 2. *ap. Bonif. et Clement.* „ de Foro Competenti „ Schmier *Jur. Can. Civ. Lib. II. Tr.* 1. *Cap.* 3. Fleury *Inst. Jur. Eccl. P. III. Cap.* 5. *et* 17. et Rieger *Iurispr. Eccl. P. II.* §. 774. *&c.*

ſe censet actor, conclusionem, qua id, quod in caussa iudicandum sit, petitur, ac tandem clausulas quasdam, quæ pro diverso Tribunalium usu variæ sunt.

Omittitur autem solemnis libelli oblatio in Iudiciis mere *inquisitoriis*, in quibus nempe Iudices ex puro officio procedunt, in *summariis*, aliisque nonnullis; quamvis & in his aliqua Iudici petitio transmitti debeat, ut id, circa quod versatur quæstio, is cognoscere possit (2).

Sed numquam, ut Iudicium valeat, omitti potest *Rei citatio* (3), nempe actus iudicialis, quo ex mandato Iudicis competentis Iuris

(2) *Cap.* 26. *De Accusat. Clem.* 2. *De Verb. signif. Tot. Tit.* 3. *Lib. II. Decretal.* „ De Libelli oblatione „ et *Tit.* 11. *eiusd. Lib. II.* „ De plus petitionibus „. Van-Espen *I. E. U. Part. III. Tit.* 7. *c.* 3. et Schmier *d.* Lib. *II. Tr.* 2. *c.* 1.

(3) Vid. *Can.* 3. Conc. Carthag. IV. relat. in Tom. *III. Coll. Conc. Mans. p.* 953. atque a Gratiano sub falso Eleutherii Papæ nomine in *Can. Caveant* 2. III. *q.* 9.

experiundi causſâ quis in Iudicium vocatur. Per hanc autem reo pafiunt causſa, ius, & petitio actoris, locus, tempusque Iudicii; ac vel *ab Jure* dicitur, cum quis a Lege intra certum tempus se in Iudicio sistere cogitur, vel *ab Homine*, cum eadem ex Iudicis voluntate pendet. Alia *simplex* est citatio, quæ citatum non efficit contumacem, nisi post tres terminos arbitrio Iudicis definiendos; alia *peremptoria*, ob quam si præfinito die reus non comparuerit, tamquam contumax habetur. *Realis* appellatur, cum per ipsius personæ capturam, sive manuum iniectionem, vel alio violento modo quis coram Iudice constituitur; *verbalis* autem, cum quis verbis, scriptove in Ius vocatur; eaque vel *publica* est, quæ coram omnibus per præconem, seu per edicta, vel *privata*, quæ per nuncium singulis citandis personis transmissum perfici solet (4).

(4) Vid. *in Lib.* II. *Digest. Tit.* 4. *&c.*

Digitized by Google

TITULUS IX.

De restitutione spoliatorum, dilationibus &c.

Spoliatorum restitutio est remedium, quo præter possessionem, vel quasi possessionem alicuius rei, sive iuris, damna quoque, & id, quod interest, rursus acquirit ille, qui possessione ipsâ, vel quasi non iure deiectus fuerat (1).

Nisi restituatur autem spoliatus, si actor is fuerit, non proceditur in Iudicio; si reus, actori minime is respondere tenetur: quibusdam tamen exceptis casibus,

---

et Cod. Justin. Tit. 2. „ De in Jus vocando „ Fleury *Inst.* I. *E. P.* lll. *c.* 6. Van-Espen *d. Tit.* 7. *c.* 2. Schmier *l. c. Cap.* 2. et Rieger *d. P.* II. §. 867. *&c.*

(1) Vid. *in Lib.* ll. *Decretal. Tit.* 13. *ap. Greg.* et *Tit.* 5. *ap. Bonif.* „ De restit. spoliator. *in Lib. IV. Decretal. Greg. Tit.* 6. „ Qui Cleric. vel vovent. &c. „ *Cap.* 7. *de Prescr.* et Schmier *I. C. C. Lib.* lll. *Tr.* 2. *c.* 6.

Digitized by Google

veluti si spoliatus in Petitorio statim agi consenserit (2); si opponatur exceptio, qua constet, eum non potuisse iure possidere; si contra illum, & in favorem spoliatoris sit Juris præsumptio; si periculum animæ, vel scandalum ex restitutione timeatur &c.

Judicium quoque suspenditur per *Dilationes*, quæ vel generales sunt, cunctis nempe caussis, actibusque forensibus communes, ac *Feriæ* dicuntur, vel speciales, aut singulorum Judiciorum propriæ.

Feriata vocantur tempora, quibus Ius non dicitur, actusque judiciales intermittuntur. Tam sacræ vero, quàm profanæ Feriæ aut *ordinariæ* sunt, quæ statutis quibusdam diebus, annive temporibus constanti redeunt periodo, veluti diebus Dominicis, aliisque anni

---

(2) Vid. *in Lib.* II. *Decretal. Greg. Tit.* 12. *et Clementinar. T.* 3. „ De causs. possess. et proprietat. „ Heinecc. *Elem. Jur. Civ.* §. 1309. *n. p.* ac Rieger *d. P.* II. §. 1011. *&c.*

solemnitatibus, vel instante messe, vindemia &c; aut *extraordinariæ*; quæ ob felicem aliquem eventum, vel ex necessitate publica extra ordinem indici solent (3).

Speciales autem, quæ ita proprio nomine appellantur, *Dilationes* sunt induciæ litigantibus ad ad certos actus in unaquaque caussa perficiendos præscriptæ; ac Jure Canonico ab Iudicis arbitrio péndere dicuntur (4).

Ad huiusmodi concedendas di-

---

(3) Vid. tam in *Decretalibus*, quàm in *Digestis*, et *Codice Tit.* „ De Feriis &c. „ & quoad Ferias in Etruria vigentes, Leges Francisci I. Imp. et M. E. D. *d.* 23. *Octob.* 1749. ac Petri Leopoldi *d.* 30. *Decemb.* 1771. *n.* 43. *et* 11. *Mart.* 1779. *n.* 19.

(4) Vid. in *Lib.* II. *Decretal.* Tit. 8. *ap. Greg. et Tit.* 2. *Extrav. comm.* „ De Dilationibus „ *Tit.* 11. *Lib.* III. *Cod. Iustin.* Van-Espen *I. E. U. Part.* III. Tit. 7. *c.* 4. *n.* 30. *&c.* Rieger *d. P.* II. §. 930. *&c.* et quoad speciale Ius Etrúriae *d. L.* 30. *Decemb. an.* 1771. *n.* 33. *&c.* Legesque *d.* 20. *Octob.* 1777. *d.* 12. *Jun.* 1778. *n.* 9. *d.* 11. *Mart.* 1779. *d.* 17. *Mart.* 1780. ac *dd.* 26. *Jun. et* 23. *Apr.* 1781.

Digitized by Google

lationes nonnumquam obbligatur Iudex vel per exceptiones, quæ *Dilatoriæ* vocantur, eo quod Iudicium differre cogant, veluti si dubitetur, an Actor, eiusve Procurator legitimam se in Iudicio sistendi facultatem habeat &c.

Sed non solum differunt, verum etiam Iudicium coram quodam Iudice continuari prorsus impediunt eæ, quæ *Declinatoriæ* dicuntur, exceptiones, quibus nempe ob Iudicem non competentem, iustamve suspicionis caussam ipsius Iurisdictio declinatur, sive reiicitur; atque ante litis contestationem regulariter proponi debent (5).

Alius differendi vel impediente Iudicii modus est Rei vel Actoris *contumacia*, quam incurrere dicitur is, qui post le[illegible] citationes vel Iudicem non adit, vel ea peragere negligit, quæ statuto

(5) V. Covarr. [illegible] *Quæst. c.* 26. Cabassut *Jur. Can.* [illegible] *et Prax. Lib.* IV. *c.* 9. et Van-Espen *d. P.* II. *Tit.* 10. *c.* 5.

tempore in Iudicio perficere deberet.

Variis autem pœnis tam Civili, quàm Canonico Iure contumaces subiiciuntur. Ante litis enim contestationem, reus quidem, iusto elapso termino, contra contumacem actorem litem negative, ut aiunt, contestari potest, atque ad definitivam usque sententiam procedere; contra contumacem autem reum actor in possessionem bonorum, quæ petit, custodiæ caussâ per Iudicis decretum immitti potest, ac post annum veram etiam eorumdem bonorum possessionem, reservatâ solum contumaci legitimâ defensione proprietatis, nanciscitur (6), exceptis tamen caussis Beneficiariis; ac ceteris quibusvis remediis adhibitis, veluti retentis fructibus Præbendarum, multâ pecuniariâ indictâ &c. excom-

---

(6) *Cap. ult.* §. 6. *Ut lite non contestata &c.* et *tot. Tit.* „ De eo, qui mittitur in possess. &c. „ *apud Gregor. et Bonifac.*

municatione quoque reus plecti poterit. Post contestationem vero litis ad sententiam usque definitivam tam in rei quàm in actoris contumacia proceditur. Præterea quilibet, quocumque tempore contumax fuerit, adversario sumptus restituere, ac si audiri velit, cautionem intra statutum terminum se Iudicio sistendi præstare debet (7).

Verum si quis iusto detentus fuerit impedimento, contumaciam purgare, ac prænarratas plerasque pœnas effugere poterit. Quoad dilationem autem Judicii, eo casu distinguendum: si enim impedimentum perpetuum fuerit, Procuratorem impeditus eligere tenetur, & nulla tunc est dilatio; si vero ad tempus, quædam illi dilatio,

---

(7) Vid. in *Lib. II. Decretal. ap. Greg. Tit.* 14. *ap. Bonif. Tit.* 6. *Clementin. Tit.* 4. et *Extrav. Comm. Tit.* 3. „ De dolo et contumacia „ Domat *Dr. Publ. Lib. IV. P.* 2. *T.* 3. et Schmier *I. Can. Civ. Lib. II. Tr.* 2. *c.* 5. *n.* 1. *&c.*

durante impedimento, Jure Canonum concedenda videtur (8).

TITULUS X.

De litis contestatione, ac pendentia.

Tum *litis contestatio* fieri dicitur, cum reus petitioni actoris in libello propositæ animo contradicendi respondet. Si omnia quidem, quæ actor asseruit, a reo negentur, *generalis* est contestatio; si vero quædam tantummodo, *specialis*: quemadmodum si per statutas for-

(8) *Cap. Querelam 2. de Procurat.* Ac de aliis Judicia prorogandi, vel differendi modis, veluti per *Relationem Judicis*, per *quæstiones præiudiciales &c.* vid. *Cap. 5. De offic. Legat. Cap. 68. De appellation. Titt. Digest. et Cod.* „ De relationibus „ *Tit. 10. Lib. II. Decretal.* „ De ordine Cognit. „ Boehmer. *Exerc. VI. §. 26. ad Pand.* Schmier *Jurispr. Can Civ Lib. II. Tr. 3. c. 13. n. 205. &c.* et Rieger *I. E. Part. II. §. 1001. &c.*

mulas iuxta varium Tribunalium stylum absolvatur, *solemnis*; si vero quibuscumque verbis, factisve contradictionem indicantibus, *simplex* vocatur (1).

In quocumque plenario Judicio litis contestatio est necessaria, in summario non item. Hac autem rite perfectâ, Judex nequit amplius recusari tamquam suspectus, aut minime competens, nisi vel nova postea nascatur suspicionis caussa, vel cum antea existeret, litigantibus nota non fuerit (2), sive Jurisdictione Judex absolute careat ex Lege, non ex speciali alicuius privilegio (3); Judicis delegati Jurisdictio, & Procuratoris officium in ea caussa per-

---

(1) Vid. in *Lib. II. Decretal. Tit. 5. &c. ap. Greg.* et *Tit. 3. ap. Bonif.* atque in *Lib. III. Cod. Just. T. 9.* „ De litis contestatione &c. „ Rieger *l. c.* §. 902. *&c.* Noodt *De Jurisd. & Imp. L. I. c.* 13 *et* 15. et Fleury *Inst. I. E. Part. III. c. 7. n. 1.*

(2) *Cap. Pastoralis 4. de Except.*

(3) *Cap. 4. De Judic. Cap.* 12. et 18 *de Foro compet.*

petuatur (4); Probationes, aliique iudiciales actus in caussa principali perfici possunt, cum id ante contestationem non liceat, nisi in Judiciis inquisitoriis, aut matrimonialibus, & electionum, vel nisi timeatur, propter infirmitatem absentiamve testium &c. probationem aliquam evanescere posse: quo tamen casu actor intra annum, ex quo adversarius conveniri potest, agere debet, aut saltem reo testes denunciare, ut eorumdem testimonia valeant (5); res, de qua agitur, absolute litigiosa fit, *litisque pendentia*, ut aiunt, inducitur ex parte cum actoris tum rei conventi (6); ac ne de aliis huiusce actus effectibus, qui vel ad Ius Ci-

(4) *Cap.* 19. *De off. et pot. Jud. del.* et *Cap.* 2. *de Procurator. in VI.*

(5) *Tit.* 6. *Lib. II. Decretal.* „ Ut lite non contestata &c. „ *Cap.* 24. *De Accusation. Cap.* 34. *et* 41. *De testib. &c. Cap.* 4. *De confirmat. utili &c.* et vid. Anaclet. *ad Tit. Decretal. De Probationib. n.* 142. *&c.*

(6) *Cap.* 30. *in fin. De verb. signif.*

Digitized by Google

vile pertinent (7), vel alibi a nobis exponuntur, disseramus, litigantes se invicem obligant ad prosequendum Judicium usque ad sententiam definitivam, ipsique sententiæ parendum.

Lis pendere dicitur cum caussa in suspenso est coram Judice, qui eam discutere, ac definire debet. Quamvis autem per litis contestationem absolute *litis pendentia* inducatur, id tamen vel per simplicem citationem fit, si hæc mandato Iudicis competentis ad citatum revera pervenerit, vel ab ipso id impeditum fuerit, perque illam reus id, de quo agitur, plene cognoscere potuerit. Sed quo-

---

(7) Actio ex. gr. temporalis ad annos 40. producitur; ad heredes vel contra heredes transit actio, quæ alias transitura non esset; interrumpitur præscriptio; reus fit malæ fidei possessor &c. *L. I. §. 1. Cod. De annali præscript. L. ult. Cod. De præscr. 30. vel 40. annor. §. 1. Inst. Tit. De perpet. & tempor. actionib. L. 25. §. 7. et L. 31. §. 3. D. De hered. petit.* ac *L. 22. Cod. De rei vindicat.*

cumque tandem pacto litis pendentia fiat, hoc operatur, ut ad definitivam usque sententiam quidquam innovari nequeat sive quoad rem litigiosam, eiusque possessionem, sive quoad iura & actiones, sive quoad controversiæ statum (8); dummodo iusta vel necessaria caussa non subsit aliquid immutandi, veluti si administrator fructus, vel rem ipsam diripiat, sive contra possessorem de fuga, vel de mala versatione suspicio sit, cum is solvendo non fuerit (9), sive aliud animæ, aut corporis damnum immineat (10): his enim casibus res litigiosa Judicis arbitrio apud Personam idoneam *sequestro*

---

(8) *Can. ult. XI. q. 1. in Lib. II. Decretal. Tit. 16. ap. Greg. Tit. 8. ap. Bonif. et Tit. 5. Clementinar.* „ Ut lite pendente nihil innov. „ ac vid. Schmier *d. Lib. II. Tr. 2. Cap. 2. n. 87. &c.*

(9) *Cap. 37. De off. Jud. Deleg. et Cap. 2. &c. De sequestrat. possession. &c.*

(10) *Cap. 7. De donat. inter vir. et uxor. Cap. 8. De restit. Spoliat.* et *Cap. 2. De dol. et contum.*

deponitur, quæ illius curam gerere, unàque cum fructibus eam, necessariis deductis impensis, illi tradere debet, ad quem Judex in sententia ipsam pertinere dixerit (11).

TITULUS XI.

De Juramento calumniæ, ac malitiæ.

Juramentum est actus religiosus, quo Deum ad dicti factive nostri veritatem confirmandam tamquam testem ac vindicem invocamus.

Ad Judicia vero quod attinet, aliud *calumniæ* dicitur, quo post litis contestationem generalem cautionem invicem sibi præbent liti-

---

(11) Vid. in *Lib.* II. *Decretal. Gr. Tit.* 17. et *Clementinar. Tit.* 6. „ De sequestratione possess. et fr. „ *Septimi vero P. Matth. Tit.* 7. „ De sequestris „ Rieger *d. P.* II. §. 1039. *&c.* Domat *Loix Civ. &c. L.* 1. *Tit.* 7. et Heinecc. *Elem. Jur. Civ.* §. 814.

Digitized by Google

gantes, quod sine calumnia vel falsitate sunt litem ingressi, & illam eodem pacto ingenue prosequentur; aliud *malitiæ*, quod circa specialis alicuius articuli veritatem quocumque Judicii tempore præstari potest (1).

In omnibus profecto caussis exigi potest Juramentum, calumniæ quidem semel in quolibet Judicio, malitiæ vero quoties opus fuerit Si tamen a neutra partium requiratur, censetur remissum, neque ob id vitiatur processus.

Omnes autem, qui Judicio ad-

---

(1) De iudicialibus Romani Juris cautionibus *Judicio sisti*, *Judicatum solvi &c.* Vid. Heinecc. *l. c.* §. 1255. *&c.* et Schmier *d. L.* II. *Tr.* 2. *c.* 6. ac „ De Juramento calumniæ „ in *Lib.* II. *Decretal. Tit.* 6. *ap. Greg.* et *Tit.* 4. *ap. Bonif.* nec non in *Lib.* II. *Cod. Just. Tit.* 59. „ De Jureiurando propter calumn. dando „ in *Lib. XII. Digest. Tit.* 2. „ De Iureiurand. sive volunt. sive neces. &c. „ Iustiniani *Nov. XLIX. c:* 3. Leonis *Novv. XCVII. XCIX. et CVII.* Schmier *l. c. Tr.* 3. *c.* 2. Heinecc. *Ibid.* §. 1311. *&c.* Rieger. *d. P.* II. §. 923. *&c.* et Van-Espen *I. E. U. Part.* III. *Tit.* 7. *c.* 4.

N 5

Digitized by Google

sunt, ad hoc præstandum Juramentum adigi possunt: nempe tam principales litigantes, quàm Advocati & Procuratores, Tutores, Curatores &c; ac Jure Civili per se quisque iurare debet, Canonicò vero potest speciali mandato Procurator etiam designari, ut in animam iuret constituentis.

Qui delatum sibi eiusmodi Juramentum præstat, a calumniæ præsumptione liberatur. Sed illud suscipere negans, actor quidem caussâ cadit totâ, si calumniæ, quoad articulum vero, de quo agitur, si malitiæ sit iusiurandum; reus autem, eâdem abhibitâ distinctione, pro confesso habetur. In caussis tamen Beneficiariis Juramentum renuens sibimet ipsi tantum obest, adversario ius ad Beneficium minime præbet (2).

---

(2) De alio vero Iuramento iudiciali, quod *litis Decisorium*, vel *Suppletorium* dicitur, *Tit.* 20. *h. Lib.* de Probationibus agentes pertractabimus.

Digitized by Google

TITULUS XII.

De Exceptionibus, et Replicationibus.

Exceptio est rei defensio, quæ ius, vel actio actoris excluditur. De *dilatoriis* quidem, ac *declinatoriis* exceptionibus, quibus vel differtur Judicium, vel Judex recusatur, supra diximus: de *peremptoriis* modo nobis agendum superest, quæ actoris intentionem in perpetuum, & absolute perimunt, atque post litis contestationem proponi solent (1).

Aliæ vero dicuntur Exceptiones *Juris* aut *propriæ*, quibus actio ex generali Jure competens speciali quodam Legis statuto eliditur; aliæ *Facti* vel *impropriæ*, quibus actioni factum aliquod oppo-

---

(1) *Cap. 1. &c. De Litis contest. in VI.* et vid. *supr. Tit. 9. h. Lib.*

Digitized by Google

nitur, quo actio ipsa infirmatur (2).

Probatâ Exceptione, actoris *Replicationi* locus fit, per quam is exceptioni respondet, Replicatio autem rursus aliis argumentis excipi solet a reo; atque ita continuatur Judicium, donec utraque Pars quod in caussa dicendum sibi visum fuerit, patefecerit (3).

---

(2) De aliis Exceptionum divisionibus in *Civiles et Prætorias*, *in Nominatas et Innominatas*, *in Reales et Personales &c.* Vid. Heinecc. *Elem. Jur. Civ.* §. 1277. *&c.* et Schmier *d. Tract.* 3. *c.* 10. *n.* 10. *&c. in Lib.* II. vero *Decretal. Tit.* 25. *ap. Greg. Tit.* 12. *ap. Bonif. et Tit.* 10. *Clementin.* „ De Exceptionib. „ ibique Interpretes.

(3) Vid. *Instit. Justin. Lib.* IV. *Tit.* 14. „ De Replicationibus „ ; Heinecc. *loc. cit.* §. 1284. *&c.* et Rieger *Jurispr. Eccl. P.* II. §. 1145. *&c.*

Digitized by Google

TITULUS XIII.

De mutuis petitionibus, atque Interventionibus.

Reus ab actore conventus nonnumquam contra ipsum actorem uno eodemque Judicio novam instituit actionem; sive tertius quoque litigator ad Iudicium inter duos initum accedit: Ille quidem actus *Reconventio*, vel *mutua petitio*; hic autem *Interventio* dicitur.

Reconvenire non potest, nisi reus, qui agendi facultatem habeat; unde a reconventione arcetur ex. gr. excommunicatus, quem excipere, non agere posse diximus (1), nisi tamen reconventio ita cum conventionis caussa connexa sit, ut ad propriam excommunicati defensionem spectet (2).

Iudex vero legitime quoad

(1) *Supr. Tit.* 4. *h. Lib.*
(2) Schmiet *d. Lib.* II. *Tr.* 1. *c.* 2. *n.* 170. *&c.*

Digitized by Google

res, de quibus cognoscere potest, admittit Reconventionem; nonnullis exceptis caussis, veluti summariis, executivis, criminalibus, præiudicialibus, et iis, in quibus de restitutione spoliatorum agitur, de deposito, vel appellatione, nisi & in primo Iudicio adhibita fuerit reconventio (3). Eâque admissâ, utraque simul petitio ita discuti debet, ut actor conveniens rei personam in reconventione substineat; ac tota caussa privilegia participet simplicis conventionis (4).

Is autem *intervenire* tantummodo potest, qui & legitimam se Iudicio sistendi facultatem habeat, & cuius aliquo pacto intersit in ea

(3) *Clem.* 5. *De Appellat. Cap.* 2. *De Deposito, Cap.* 1. *et ult. De Ord. cognit. Cap.* 1. *De Restit. Spoliat. in* VI. *Can.* 1. III. *q.* 2. *et L.* 5. *D. De publ. Judic.*

(4) Hinc si a conventionis Judicio v. g. removeatur appellatio, nec a reconventione appellari poterit, vid. *Tit.* 4. *Lib.* II. *Decretal.* „ De mutuis Petitionib. „ et Rieger *d. Part.* II. §. 887. *&c.*

caussa Judicem adire, ut propria iura defendat (5).

TITULUS XIV.

De Probationibus.

Legitimus quilibet actus, quo facti, dictive controversi veritas morali saltem certitudine Judici ostenditur, *Probatio* appellatur (1), quæ in *plenam* & non *plenam* distingui solet: Primam vocant illam, quæ ita Judicis animum circa rei veritatem instruit, ut ei moraliter tollat quamcumque du-

(5) Vid Domat *Dr. Publ. L.* IV. *Tit.* 3. et Schmier *d. Lib.* II. *Tr.* 2. *Cap.* 3. *&c.*

(1) Vid. in *Lib.* II. *Decretal. Tit.* 19. *ap. Greg. et Tit.* 7. *Clementin. in Lib.* IV. *Cod. Tit.* 19. *et in* Lib. *XXII. Digest. Tit.* 3. ,, De Probationibus &c. ,, ibique Interpretes, Domat *d.* L. IV. *Tit.* 5. *et* Loix *Civ. &c.* L. III. *T.* 6. Ant. Matthæus in *Lib.* XLVIII. *Dig. Tit.* 15. Van-Espen *J. E. U. Part.* III. *Tit.* 7. et Nani *De Indiciis &c.*

Digitized by Google

bietatem; alteram autem, quæ Iudici minime præbet indubiam de re ipsa fidem.

Dividitur etiam Probatio in *artificialem*, quæ arte quadam, vel industriâ, & ratiocinatione hominis ex circumstantiis, indiciis, & præsumptionibus deducitur; ac *non artificialem*, quæ pure vel simpliciter confici solet, veluti per Testes, Instrumenta &c.

Ab onere probandi regulariter liberatur qui pure negat, cum *negantis factum per rerum naturam nulla sit directa probatio* (2); is, cui favet *Præsumptio Juris* (3); quique possidet, si possessionis capax fuerit, ac tempore sufficienti possederit (4).

---

(2) *Can. Accusator* 2. VI. *q.* 5. quem Gratianus sumpsit ex L. 23. C. *De Probationib.* ac vid. L. 2. 21. *&c. D. Eod. Cap. Quoniam* 11. *Eod. Cap.* 23. *De Election.* et *Cap.* 5. *in fin. De Ren.*

(3) De qua vid. *Inf. Tit.* 19. *b.* L. *et Cap.* 2. *De restit. spoliat. in VI.*

(4) *Cap.* 3. *in pr. De Off. Jud. Ord. in VI.*

Quoniam vero ab actore plerumque aliquid in Iudicio aſſeritur, proinde ipſi Probationis onus ita incumbere inquiunt Iuriſconſulti, ut actore intentionem ſuam non probante, reus abſolvatur. Verum ſi poſtquam actor veritate ſuam actionem inniti demonſtraverit, reus excipiat, ac exceptio quamdam in ſe contineat expreſſam vel tacitam affirmationem, tunc reus ipſe illam probare tenetur (5).

Plenâ confectâ probatione, Judex conſentaneam illi ſententiam ferre debet; probans ad iuramentum ea de re præſtandum nequit obligari; quemadmodum nec iuramentum eius, contra quem probatum fuerit, amplius admittitur. Probationes autem non plenæ varios pro diverſo ipſarum gradu gignunt effectus, quos apud eos, qui

(5) *Cap.* 3. *De Probat.* L. 5. 12. 18. §. 1. *et* 19. *D. Eod.* et Ant. Matthæus *l. c. Cap.* 8.

Digitized by Google

de forensi usu agunt, videre licet (6).

At si utraque litigantium pars *plene* probasse videatur, Iudex inspicere debet, quænam plures allegaverit melioresve titulos (7). Æqualibus vero hinc inde allatis contrariis Probationibus, *Jura promptiora sunt ad absolvendum quàm ad condemnandum*, præterquam in caussis, quæ *favorabiles* dici solent (8).

---

(6) Vid. Schmier *Lib. II. Tr.* 3. *c.* 3. *n.* 148. *&c.*

(7) *Cap.* 9. *De Probat.*

(8) Huiusmodi sunt caussæ, in quibus de Matrimonio, de Dote, de Libertate, ac de Testamento agitur, vid. *d. Cap.* 3. *De Probat. Cap. ult.* De *Sent. et Re iud.* L. 125. D. *De Reg. Jur.* L. 47. D. De *obl. et act.* L. 38. D. *De re iudic. et* L. 5. D. De *Pœn.*

Digitized by Google

TITULUS XV.

De Confeſſione, ac Poſitionibus.

Confeſſio eſt aſſertio dicti vel facti proprii ab homine ſciente ac libero in ſui præiudicium facta; & *Judicialis* dicitur, ſi coram Iudice competente, *Extraiudicialis*, ſi alibi fiat.

Secundi huius generis confeſſio, cum ab eo, qui ſibi, rebusve ſuis damnum afferre poteſt, præſente adverſario, vel expreſſâ cauſſâ fiat, *ſemi-plenæ*, ut aiunt, probationis vim obtinet; prima vero præter *plenam* probationem, efficit quoque *Notorium* id, de quo agitur, adeoque appellationem excludit, cum æquiparetur Rei iudicatæ, Præſumptiones *Iuris & de Iure* tollit, ac poſtquam etiam in cauſſa concluſum fuerit, admittitur (1).

(1) Vid. *in Lib. II. Decretal. apud Greg. Tit. 18. apud Bonif. Tit. 9. et Septim. Tit. 5.*

Digitized by Google

Verum ad eliciendam ab actore vel reo confessionem dictorum factorumve, quorum vel nimis ardua, vel nulla etiam alia superesset probatio, nonnunquam ab una partium alteri tradi solent *Positiones*, idest articuli quidam circa res controversas in Judicio exhibiti, ut Judex adversarium, prævio dicendæ veritatis iuramento, iisdem respondere iubeat.

Eas autem Judex regulariter admittere debet, nisi vel iniuriosæ, vel non facientes ad caussam, vel obscuræ, nimisve generales, vel de facto alieno, de impossibilibus, aut de proprio respondentis crimine, vel captiosæ, turpesve sint. Cumque legitime admissæ fuerint, iis adversa pars ingenue respondere tenetur; alias si recuset, aut contumax fiat, in iis, quæ ponuntur, habetur pro confessa (2).

„ De Confessis „ in *Lib. autem VII. Cod. Iust. Tit.* 59. *et in Lib. XLII.* Dig. *Tit.* 2. Schmier *d. Lib. II. Tr.* 3. *c.* 4. et Rieger *d. P. II.* §. 1051. *&c.*

(2) *Cap.* 1. *et seq.* De *Confess. in VI.*

TITULUS XVI.

De Testibus.

Testis Judicialis est persona fide digna, quæ ad id coram Iudice constituitur, ut iuramento præstito, aliqua de re fidem faciat.

Fide autem digni non sunt, adeoque a testimonio ferendo arcentur qui alios corrupere testes, vel periurii, falsive testimonii convicti fuere, qui Juris infamiâ laborant, excommunicatique vitandi. Præterea testes esse non possunt impuberes, ac ratione, pluribusve sensibus simul carentes; in caussis Feudalibus fœminæ, quæ in aliis quoque non omni exceptione maiores habentur; Clerici & Regulares in Judiciis sanguinis; Parentes in caussis liberorum, & viceversa, quod & de consanguineis, coniugibus, domesticis, amicis, inimicisque capitalibus dicendam; vassalli contra Dominum

Digitized by Google

Feudi in criminalibus; Iudæi & Pagani contra Christianos; ac generatim nemo in caussa propria, vel ex qua utilitatis aliquid capere valeat, legitime testimonium dicere potest (1).

Duo saltem omni exceptione maiores testes in eadem re simul convenire debent, ut plenam in Iudicio fidem obtineant.

Ac primo quidem articuli, circa quos ferendum est testimonium, et nomina testium in actis exhibentur, quibus adversario communicatis, ut is exceptiones, atque (ut aiunt) *Interrogatoria*, si velit, proponere possit, testes ipsi ab Iudice, vel ab eius Ministro singillatim ac secreto cum super articulis a producente propositis, tum

---

(1) „ De Testibus, et attestationibus &c. „ inveniuntur in *Lib. II. Decretal. Tit.* 20. *et seq. ap. Greg. Tit.* 10 *ap. Bonif. Tit.* 8. *Clementin. in* Lib. *V. Septim. P. Matthæi Tit.* 13. *in* Lib. *XXII.* Dig. *Tit.* 5. *in Lib. IV. Cod. Tit.* 20. Videndique ad eosdem Titt. Interpretes, atque Justiniani *Nov. XC.*

super oppositis ab adversario *Interrogatoriis* examinantur, dictaque testium ab Actuario custodiuntur, et alterutrâ instante parte, promulgantur.

Post eiusmodi autem publicationem Iure Communi exceptiones contra testium personas non admittuntur, nisi iuramento quis caveat, se non ex malitia contra illos excipere, vel post publicationem aliquid se didicisse demonstret, vel antea sibi ius excipiendi reservaverit.

Præterea dicta testium legitime promulgata robur in aliis quoque caussis inter easdem personas vertentibus non amittunt; ac regulariter alii, vel iidem testes quoad articulos illos rursus audiri non solent, quamvis nonnumquam vel post publicata testimonia reprobatio testium permittatur.

Digitized by Google

TITULUS XVII.

De Instrumentis.

Instrumenta, nempe scripturæ, quibus alicuius rei fides fit, vel *Originalia* sunt, ac prima indicant scripta, quæ de quibusvis negotiis conficiuntur; vel *Exemplaria*, quæ solent ex Originalibus ipsis transcribi, quæque, si legitimâ fuerint auctoritate munita, *Authentica* non secus ac originalia vocantur.

Ea dividuntur etiam in *publica et privata:* Illa quidem a personis publicâ donatis auctoritate, ac formâ solemni; hæc autem a privatis sine solemnitate scribuntur (1).

Publica Instrumenta plenam in Iudicio fidem faciunt, sive originalia sint, sive ab iis authenti-

(1) Vid. *Tit.* 22. *Lib. II. Decretal. Tit.* 4. *Lib. XXII. Digest. et Tit.* 4. *Lib. XXI. Cod.* „ De Fide instrumentor. „ ac Justinian. *Novv. XLIV. et LXXIII.*

Digitized by Google

câ formâ desumpta; privata vero, si duorum aut trium testimonio firmata fuerint, viventibus testibus, idem fere ac publica robur obtinent. Sed simplicia, testibusve carentia contra scribentem, subscribentem, signumve apponentem plene probant, in eorum favorem non item; nisi agatur de Epistolis, quæ pro scribente quamdam efficiunt probationem, si ab altero sine contradictione receptæ fuerint (2), quibus adiiciuntur a nonnullis Scripturæ antiquæ (3), atque in Foro communiter probant libri mercatorum integræ famæ rite conscripti, non secus ac libelli, & rationaria Tutorum, Curatorum, Sociorum &c. (4).

(2) *Clem.* 1. *De Procurator.*
(3) *Ex Cap.* 13. *De Probationib.*
(4) Vid. Schmier *Jurispr. Can. Civ. Lib. II. Tr.* 3. *c.* 6. *n.* 14. *&c.* et Nicol. Genovæ Tractat. *De Scriptura priv.*

TITULUS XVIII.

De Inspectione oculari.

Licet *ocularis Inspectio* in criminalibus præsertim Judiciis adhiberi soleat, nonnumquam tamen & in civilibus pro variis caussarum conditionibus locum habet, veluti si de finibus regundis, de instrumentorum veritate aut falsitate agnoscenda, de novi operis nunciatione &c. sermo sit; atque in actu iudiciali consistit, quo de re controversa Judici, vel ex eius mandato alteri, per ipsius aspectum rei fides fit.

Si Judex sufficienti peritiâ rei, qua de agitur, minime polleat, *Peritis* huiusmodi actus committendus, qui iuramentum præstare tenentur iuste ac vere quid sentiant proferendi.

Advocari autem debent omnes, quorum interest; ac præcipuus Inspectionis eiusdem effectus est, ut plenam efficiat probationem (1).

(1) Schmier *l. c. Cap. 9. n. 26. &c.*

Digitized by Google

TITULUS XIX.

De Præsumptionibus.

P*ræsumptio* est opinio quædam, illatio, conceptiove mentis circa rem dubiam ex probabilibus argumentis, coniecturis, indiciisve desumpta (1). Et cum a Lege indicatur, præsumptio *Juris*; cum Lex præsumptionem ex facto aliquo inducens constantem insuper regulam ea de re constituit, *Juris & de Jure*; cum demum ab Judice, vel ab alio ex facti conditionibus arguitur, *Hominis* præsumptio vocatur.

Prima quidem eum, cui favet, ab onere probandi liberat; altera contrariam etiam probationem regulariter excludit, quamvis & ipsa

---

(1) Vid. *Tit.* 23. *Lib. II. Decretal.* „ De Præsumptionibus „ *et Tit.* 3. *Lib. XXII. Dig.* „ De Prob. et Præsumptionib. „ Nani *De Indic. Cap.* 1. Van-Espen *I. E. U. Part. III. Tit.* 7. *c.* 5. *n.* 17. *&c.* et Rieger *I. E. Part. II.* §. 1122. *&c.*

Digitized by Google

patenti veritati cedere debeat (2); tertia plus minusve ponderis obtinet, prout ex fortioribus debilioribusve argumentis elicitur, quibus res magis minusve credibilis fit, eamque proinde in *probabilem*, *vehementem*, ac *violentam* dividunt Juris Consulti (3).

Præsumptiones autem in specie hauriri possunt vel ex *Fama*, quæ communis est viciniæ alicuius ex coniecturis orta opinio, quæ per clamorem, aut vocem popularem manifestatur (4); vel ex pretio quomodocumque tradito, ut de privatis delictis, seu de caussis, quæ infamiam victo afferre possent, transigatur (5); vel ex eo, quod Judi-

---

(2) *Cap.* 3. *in fin. De Præsb. non baptiz. Cap.* 30. *De Sponsalib. et Cap. Per tuas De condit. apposit. &c.*

(3) Vid. Schmier *d. Lib. II. Tr.* 3. *c.* 8. et Domat *Loix Civ. &c. Lib. III. Tit.* 6. *in pr. et Sect.* 4.

(4) Vid. *Cap.* 27. *De Testib. Cap.* 13. *De Probat. et Cap.* 2. *De cons. et affin.*

(5) *L.* 4. §. 5. *L.* 5. *et L.* 6. §. 3. D. *De his qui notantur infamia.*

Digitized by Google

cium quis subterfugiat, seu recuset iuramentum iudiciale, seu deneget respondere articulis ab adversario propositis (6); vel ex aliis istiusmodi, quæ in sacris profanisque Codicibus passim exposita reperiuntur.

TITULUS XX.

De Juramento litis decisorio.

Probationum defectum aliquando supplet Jusiurandum, quod *litis decisorium* dicitur, eo quod liti finem imponat; ac vel *voluntarium* est, vel *necessarium*: illud a litigantium voluntate atque arbitrio pendet, sive id in Judicio unus alteri deferat, vel extra Judicium; hoc autem ab Judice uni partium ex necessitate defertur vel ad in-

(6) *Cap. 4. De Præsumpt. et Cap. 2. De confessis in VI.*

tegrandam minus plenam alicuius probationem, vel ad existimationem purgandam illius, qui suspicionibus, præsumptionibusve contrariis obnoxius fuerat (1).

Extraiudiciale quidem istiusmodi iuramentum actionem parit exceptionemve *iuratoriam*, prout ab actore præstitum fuerit, vel a reo; quoad Judiciale vero distinguendum: si enim pars, cui defertur, Jusiurandum præstet, iuxta illius dicta iudicandum; si recuset, cum de necessario agitur, nisi iusta sit non iurandi caussa, pro confessa habetur; cum de voluntario, is, cui defertur, potest etiam illud deferenti referre, qui omnino iurare debet, nisi haberi velit pro confesso (2).

---

(1) Vid. *in Lib. II. Decretal. Tit.* 24. *ap. Greg. Tit.* 11. *ap. Bonif. et Tit.* 9. *Clementin.* „ De Jureiurando „ *in Lib. XII. Dig. Tit.* 2. *et* 3. *in Lib. IV. Cod. Tit.* 1. *et in Lib. V. Tit.* 53. atque ib. Interpretes.

(2) Van-Espen *I. E. U. Part. III. Tit.* 7. *c.* 8. et Schmier *J. C. Ç. Lib. II. Tr.* 3. *Cap.* 7.

TITULUS XXI.

De conclusione in caussa.

Postquam utraque pars proprias exposuerit actiones, exceptiones, replicationes, aliosve quoscumque actus legitime sibi competentes ita confecerit, ut ad caussæ resolutionem nihil dicendum supersit, Jure Communi litigantes ulterioribus renunciant probationibus, litemque Judici decidendam remittunt. Hic vero actus *in caussa conclusio* vocatur; ac sive tacite per factum aliquod, sive per expressa verba fiat, vel *generalis* est, vel *specialis*. Per illam in tota caussa concluditur, & definitivæ sententiæ paratur via; per hanc autem cum in articulo quodam concludatur, interlocutoriæ locus fit (1).

---

(1) *Cap. Quoniam* 11. *De Probat. Cap.* 5. *De caus. posses. et propr. Cap.* 9. *De fid. instrum. et Clem.* 2. *De verb. signif.*

Digitized by Google

Id vero quoad facta, partesque concludentes intelligitur; non quoad Judicem, & allegationes Juris. Immo post Conclusionem quandoque omne probationis genus admittitur, velut in caussis Matrimonialibus, Minorum, Ecclesiarum &c, in quibus si quid postquam conclusum fuerit, proponatur, prima conclusio revocata censetur, & rursus in caussa concludendum (2).

---

(2) *Cap. Cum Joannes* 10. *De fid. instrum. et Cap.* 3. *De in integr. restit.*

TITULUS XXII.

De Sententia, & Re iudicata.

Sententia est Judicis declaratio finem imponens rei controverſæ in Judicium deductæ: ac *definitiva* dicitur, cum per eam tota deciditur caussa; cum vero incidens tantum vel emergens articulus, *interlocutoria*: quæ rursus vel *simplex* est, ſive id non operatur quod cauſsam principalem, ut Iudex in definitiva ferenda ſententia uni potius quàm alteri parti favere cogatur, veluti ſi quædam concedatur dilatio &c; vel *miſta*, ſeu *vim habens definitivæ*, quæ definitivam ipſam quodammodo ſecum trahit, Iudicemve impellit, ut in alterutrius favorem iudicet. Atque interlocutoriam quidem Iudex revocare poteſt, definitivam vero non item (1).

---

(1) *Cap. Cum ceſſante 60. De appellat.* ac

Digitized by Google

Definitiva ſententia congrua libello eſſe debet, eique conformis quatenus probata fuerit petitio, certa, ſecundum acta & probata, iuxta veriſimiliorem, Jurique magis conſonam opinionem, in eaque reus vel abſolvendus vel condemnandus (2).

Quoad externas autem ſententiæ ſolemnitates oportet, eamdem pronuntiare Judicem pro Tribunali ſedentem in ordinario Judicii loco, non feriato, neque nocturno tempore, ac poſtquam ipſe per ſe illam conſcripſerit, niſi perſona ſit illuſtris, aut in dignitate conſtituta, omneſque citari iuſſerit, quorum intereſt (3).

His peractis, cauſſa in prima inſtantia finita cenſetur, & ſi

---

vid. in *Lib. II. Decretal. Tit.* 27. *ap. Greg. Tit.* 14. *ap. Bonif. et Tit.* 11. *Clementinar.* „ De Sent. et Re iud. „

(2) *Cap.* 15. *De verb. ſignif. et Cap.* 64. *De Reg. Jur. in VI.*

(3) *Cap. ult. De Sent. et Re iud. in VI. Clem.* 2. *De verb. ſignif.*

Digitized by Google

neutra partium intra decem dies provocaverit, sententia in *Rem iudicatam* transire dicitur; ius facit inter partes irrevocabile, nonnullis exceptis caussis (4); ac executioni mandari, hoc est victori id, quod illi competere declaratum fuit, tradi potest.

Sed cum Judex pure *notionalis*, ut aiunt, vel sine Iurisdictione, per se ipsum sententiam exequi non possit, eam habenti Iurisdictionem exequendam remittit. Si autem res, qua de agitur, extra Territorium sit Iudicis, qui sententiam protulit, ad alterius Territorii Iudicem, in quo res sita est, recurri solet (5).

---

(4) Cuiusmodi sunt Matrimoniales, Beneficiariæ, Excommunicationis, Minorum, Ecclesiarum &c.

(5) Quoad executionem Sententiarum, et actuum Ecclesiasticorum Tribunalium in Etruria, vid. Petri Leopoldi M. E. D. *Encycl. dd.* 14. *Maii*, *et* 6. *Aug. an.* 1785.

Digitized by Google

TITULUS XXIII.

De Appellationibus.

Si quis a Sententia definitiva, seu vim habente definitivæ, quæve damnum afferat irreparabile, se læsum esse putaverit, ad Iudicem superiorem, qui de læsione ipsa cognoscat, provocare poterit; atque huiusmodi actus *Appellatio* dicitur (r).

A definitiva quidem sententia verbalis etiam appellatio, si statim interponatur, ac sine ulla caussæ adiectione admittitur; ab interlocutoria vero semper in scri-

---

(r) Vid. in *Lib. II. Decretal. Tit.* 28. *ap. Greg. Tit.* 15. *ap. Boniſ. Tit.* 12. *Clementinar. et Tit.* 9. *in Septimo P. Matth. in Lib. XLIX. Dig. Tit.* 1. -- 13. *in Lib. VII. Cod. Just.Tit.* 62. et Justiniani *Novv. XXIII. XCIII. et CXV.* Domat *Dr. Publ. P. I. Lib. IV. Tit.* 8. *&c. et P.* 2. *Tit.* 7. Van-Espen *I. E. U. Part. III. T.* 10. et Rieger *Jur. Eccl. P. II.* §. 1186. *&c.*

pris, & expreſsâ cauſsâ eſt appellandum.

Ab omnibus autem Judicibus, exceptis ſupremis tam in ſeculari, quàm in eccleſiaſtico Foro Tribunalibus, non ſolum principalis litigator, verum etiam quicumque alius, cuius intereſt, appellare poteſt. Atque ordinarie ad proximum Superiorem fit appellatio, niſi iuſta ſit cauſsa reiicendi Judicem, ad quem eſſet regulariter confugiendum, vel ad ſuprema Tribunalia ſtatim provocetur (2).

Sed communi Jure Canonum poſt tres uniformes ſententias amplius appellari nequit (3); quemadmodum appellare non poteſt confeſſus, quive appellationi cum

---

(2) De ordine appellationum ab Eccleſiaſticorum Judicum ſententiis in Etruria vid. Petri Leopoldi *Lex lata d.* 20. *Sept. an.* 1788. *n.* 6. *&c.*

(3) Cui tamen regulæ apud nos derogatum fuit *d. L. an.* 1788. *n.* 9. atque sancitum, ut poſt duas uniformes ſententias haud concederetur appellatio.

Digitized by Google

iuramento renunciaverit, aut adversario in eadem caussa legitimæ appellationis remedium non detulerit; nec appellandum ab executione sententiæ, nec in caussa decimarum (4), nec in notoria; & in aliis quibusdam Iudiciis Civili præsertim Iure appellatio reiicitur (5).

Ad appellationem interponendam, prosequendam, absolvendamque termini quidam ab Iure præfiniti fuere, qui *Fatales* dicuntur. Intra decem itaque a lata sententia dies interponi, & intra annum, vel ex necessaria evidentique caussa intra biennium ab interpositionis die istiusmodi Iudicium finiri debet. Post interpositionem autem Iure Communi triginta dies conceduntur appellanti, ut litteras quasdam, sive libellos petat ab Iudice, qui sententiam tulit, quibus

(4) *Cap.* 26. *in fin. De Decim.*

(5) De quibus vid. Schmier *Jur. Can. Civ. Lib. II. Tr.* 3. *c.* 13. *n.* 27. *&c.* 64. *&c.*

Digitized by Google

ipſe fidem faciat, petentem a ſua ſententia provocaſſe, iidemque libelli *Apoſtoli* vocantur, ac vel *dimiſſorii* ſunt, aut *reverentiales*, ut aiunt, prout ab Iudice ſimpliciter, aut ob reverentiam Superioris, ad quem appellatum eſt, traduntur, vel *refutatorii*, ſi iuſta de cauſſa, quæ quidem exprimi debet, appellatio denegetur (6).

Per appellationem vero cauſſa devolvitur ad Iudicem ſuperiorem rurſus cognoſcenda; latæ in primo Iudicio ſententiæ ſuſpenditur executio, æque ac Iudicis, a quo appellatum, Iuriſdictio in eadem cauſſa, ita ut quidquid poſt interpoſitam appellationem factum, aut immutatum fuerit, veluti nullum irritumque habeatur, quibuſdam exceptis caſibus, in quibus Leges executionem ſententiæ minime ſu-

(6) Vid. Conc. Trid. *Seſſ. XXIV. c.* 20. *de ref.* Hodie *Apoſtolorum* loco ut plurimum datur Actorum, et Sententiæ copia, quæ ab appellante ad Judicem ſuperiorem transfertur.

Digitized by Google

ſpendi iubent (7); ac primi Iudicii ſententia confirmari a Superiore debet, vel revocari, quamvis quoad aliquam eius partem corrigi, & in ceteris confirmari etiam poſſit.

TITULUS XXIV.

De in integrum reſtitutione, reviſione &c.

Deficiente appellatione, alia quidem remedia ſunt, quibus iniuſtæ cuiusvis ſententiæ damna effugere licet.

Ac primum a ſententia læſus, quæ tranſiit in rem iudicatam, nonnumquam vel conſtitutione Legis, vel Superioris auctoritate *reſtituitur in integrum*, ideſt ex naturali æquitate ad ſtatum, in quo

(7) Si ex. gr. ab interlocutoria appelletur, et ſuperio. Judex ulteriores actus non inhibuerit *Cap. 7. De appellat. in VI.*

Digitized by Google

ante sententiam vel rem iudicatam fuerat, lis revocatur, ut rursus propria iura gravatus experiri valeat. Lege restituuntur minores intra quadriennium a prima vigesimi sexti anni die computandum, & ad eorum exemplum Ecclesiæ, Respublicæ, Universitates, Fiscus, Pia loca &c. intra quadriennium a die læsionis. Superioris autem beneficio, vel post præfinitum eiusmodi tempus eædem physicæ, moralesve personæ, vel etiam aliæ, quæ ob legitimam caussam, veluti propter errorem, ignorantiam, necessariam absentiam &c. sese defendere non potuerunt, restitui solent (1).

Revisio est remedium, quo cum quis iniuste sibi damnum illatum a sententia putet, quæ non

---

(1) „ De in integrum restitutione „ sunt in *Lib.* I. *Decretal. Tit.* 41. *ap. Greg. Tit.* 21. *ap. Bonif. et Tit.* 11. *Clem. in Lib. IV. Dig. Tit.* 1. *et* 4. *et in Lib, II. Cod. a Tit.* 22. *ad* 54.

admittit appellationem, per supplicem libellum a Principe vel Papa obtinet, ut caussa illa recognoscatur, ac si opus sit, reformetur sententia. Eiusdem autem fere generis sunt quæ ab Juris nostri Peritis *Supplicationes*, *Reformationes*, aliisque huiusmodi nominibus vocantur (2).

Alius provocandi modus alicubi viget, qui appellatio dicitur *tamquam ab abusu*, quo nempe, si quid ab Ecclesiastico Judice contra Canones, Civilesve Constitutiones, & Jura decretum, factumve fuerit, ad suprema Principum Tribunalia confugiunt læsi, ut emendetur abusus (3).

Ex communi Jure Canonico

---

(2) Vid. Van-Espen *Jur. Eccl. Un. P. III. T.* 10. *Cap.* 4.

(3) V. Natal. Alexand. *Diss.* 21. *in H. E. Sec. IV. et ibi Schol. &c.* Petr. de Marca *Conc. Sac. et Imp. L. IV. c.* 19. *&c.* Van-Espen in *Tract. De recurs. ad Princip. &c.* et Rieger *P. II.* § 383. 1233. *&c. et Part. IV.* §. 633. *&c.*

Digitized by Google

habetur etiam veluti quædam appellationis species Romam versus peregrinatio intra decem a lata sententia dies ab alterutra partium, vel ex eius mandato ab alio suscepta (4).

Ac vel per Judicis syndicatum, ut aiunt, sententia nonnunquam revocari, & rescindi potest (5).

Quoad arbitrorum autem sententias, quæ *Lauda* vocari solent, distinguendi sunt puri *voluntarii* a *necessariis*, qui secundum formam Juris eliguntur: Ab his quidem propria datur appellatio; ab illis vero non appellatur (6), sed aliis ab Jure statutis remediis utendum. Si enim compromissarii dolose, veluti per pecuniam, inimicitias &c. pronunciaverint, *Exceptio doli*; si compromissi fines prætergressi fue-

---

(4) *Capp.* 9. *et* 30. *De Appellat. Tit.* 29. *Lib.* II. *Decretal.* „ De Cleric. peregrinant. „ et ib. Interpretes.

(5) *Cap.* 1. *De Sent. et Re iud. in* VI.

(6) *Cap.* 11. *De off. et pot. Jud. del. et Cann.* 33. *&c. II. q.* 6.

Digitized by Google

rint, vel contra Canones aut Leges aperte decreverint, *Exceptio nullitatis;* ac si demum alterutri partium quocumque pacto iniuste ab iis illatam iacturam, vel perperam iudicatum fuisse, dubitetur, *Reductio ad arbitrium boni viri* conceditur, nisi tamen a partibus espresse vel tacite confirmata sententia fuerit (7).

(7) Vid. Schmier. *Jur. Can. Civ. Lib.* II. *Tr.* 1. *Cap.* 8. *n.* 203. *&c.* et ad speciale Jus Etruriæ quod attinet, Petri Leopoldi *Lex lata d.* 30. *Dec. an.* 1771. *n.* 20. *&c.* quæ refertur in *Cod. della Tosc. Legislaz. Tom. I. p.* 117. *&c.*

Digitized by Google

CANONICARUM INSTITUTIONUM

LIBER IV.

De Judiciis Ecclesiæ criminalibus.

TITULUS I.

De criminali Ecclesiæ Jurisdictione.

Ecclesiæ Rectores a Christo generalem potestatem accepisse iudicandi, ac puniendi crimina contra Leges Religionis admissa, ab iisque absolvendi, Catholicus quivis inficiari non potest. Ii tamen delinquentes iuxta Canonum mentem, consiliumque ita plectere debent, ut eorumdem in primis emendationem, spiritualemque omnium Christi fidelium salutem præ oculis habeant. Hinc non, ut Civilis Re-

Digitized by Google

spublica, gladio armata flagrisque reos Ecclesia terrere ex proprio instituto consuevit, nec olim in sacris perficiendis Iudiciis ab ea secularium Tribunalium pœnæ, quæ ad scelerum vindictam diriguntur, adhibitæ sunt (1); verum primi quidem Episcopi, ut Populi Christiani Patres, a recta via devios Ecclesiasticâ lenitate in bonum tramitem revocare studebant; si autem id obtinere non poterant, ne putridum quodlibet, aut vitiosum in Ecclesia membrum cetera inficeret, ab ipsius corpore illud resecabant.

Sed deinde in Foro externo secularium Processuum formulæ, ac poenæ quoque nonnumquam ado-

(1) Vid. *Can. Apost.* 26. *aut* 28. ex interpretatione Dionysii Exigui relato in *Tom.* I. *Coll. Concil. Mans. p.* 34. *et* 54. atque a Gratiano in *Can.* 7. *D.* 45. S. Leo M. *Epist. ad Rusticum Narbon. in Tom. VI. d. Collect. p.* 399. *et in Can.* 2. D. 86. Ac Gelasius I. Papa *Tract.* De *Anathem. in d. Collect. Tom. VIII. p.* 88. *&c.*

Digitized by Google

ptatæ fuerunt (2), criminalesque Fidelium caussæ ita distinctæ, ut vel *Ecclesiasticæ* dicerentur, vel *Seculares*, vel *Mistæ*, quemadmodum alias de Civilibus Iudiciis agentes adnotavimus (3).

Cum tamen in Foro interno, vel Pœnitentiali vetus servata sit Disciplina sine strepitu et figura Judicii, ut aiunt, procedendi, et istiusmodi cognitio secularium Tribunalium Judicia minime impediat, proinde ibidem ius de cunctis criminibus, quæ Animæ salutem lædunt, iudicandi, ac salutares infligendi pœnitentias integrum sacris Ministris iuxta vetus et proprium Ecclesiæ institutum permansit.

---

(2) Vid. *Cap.* 18. *&c.* *De hæret. in* VI. *et Cap.* 5. *De Pœn. in* VI.

(3) *Supr. Lib.* III. *Tit.* 2. Quoad criminalem vero Ecclesiasticorum Tribunalium cognitionem in Etruria, videndæ Leges *dd.* 10. *Jan. et* 11. *Jul. an.* 1778. *d.* 18. *Sept. n.* 1. *et* 12. *Nov.* 1779. *d.* 7. *Jan.* 1780. *n.* 21. *&c.* *d.* 8. *Octob.* 1782. *dd.* 15. *Maii*, *et* 30. *Octob.* *n.* 5. *&c. an.* 1784. *ac d.* 30. *Iun.* 1793. *n.* 7.

Digitized by Google

In iis exponendis, quæ ad criminalia referuntur, hoc postremo Canonicarum Institutionum Libro primum de criminibus, quæ Judicia ipsa, de quibus agimus, præcedunt, iisque occasionem præbent, atque subiectum; mox de Processu, quo criminalium Judiciorum actus expediuntur; tertio de pœnis canonicis, quæ sequuntur eadem Judicia; ac de legitimis tandem eas evitandi modis peragemus.

TITULUS II.

De criminibus ad externum Ecclesiæ Forum pertinentibus.

C*rimen* vel *delictum* dicitur externa quævis, libera, et voluntaria Legis cuiuscumque cognitæ, ad quam observandam quis obligatur, violatio.

Quemadmodum autem Lex vel naturalis esse potest, vel civilis, vel ecclesiastica &c; sic totidem

criminum genera inter se diſtinguuntur. At Canonico Jure, quod Leges ad Eccleſiam ſpectantes continet, non niſi ea, quibus Chriſtiani regulas peſſumdant Religionis Catholicæ, recenſentur (1).

Delicta igitur, quæ in Eccleſiaſtico externo Foro iudicantur, vel contra Deum, Sanctosve directe ſunt, veluti blaſphemiæ, periuria &c; vel fines transgredi videntur naturæ humanæ ſtatutos, ut magia et ſortilegia; vel Dogmata Eccleſiæ Catholicæ lædunt, illiusve hierarchiam, ex. gr. ſchiſmata, hæreſes &c; vel bonis Chriſtianorum moribus adverſantur, ut adulterium, uſura &c; vel debitæ officiunt Perſonis, Rebusve ſacris reverentiæ, ut ſacrilegia: quapropter de his delictorum ſpeciebus ſingillatim agendum.

(1) De his vid. *Lib. V. Decretal.* tam Gregorii IX. quàm Bonifacii VIII. Clementis V. &c. ibique Interpretes, non ſecus ac Canonicarum Inſtitutionum Scriptores Lancellottus, Gravina &c. *Lib. IV.*

Digitized by Google

TITULUS III.

De criminibus in Deum, Sanctosve patratis.

Primum inter delicta contra Deum, vel Sanctos locum tenet *Blasphemia*, qua Deo, Sanctisve iniuriosum quid dicitur, vel patratur. Eaque *apostatarum* appellari solet, si quis Christi Religionem prorsus deserens ei maledicat; *hæreticalis*, dum quis opinioni adhærens hæreticæ id Deo tribuit, quod ipsum minime decet, illudve denegat, quod ei proprie convenit; vel tandem *simplex* aut *profanorum hominum*, si cum apostasia, vel hæresi non coniungatur (1).

Altera est eiusmodi criminum species *Periurium*, quo vel iuratur

(1) Vid. *Tit.* 26. *Lib. V. Decretal.* „De Maledicis „ Van-Espen *I. E. U. Part.* III. *T.* 4. *c.* 5. Rieger *Jur. Eccl. Part.* IV. §. 384. *&c.* et Schmier *Jur. Can. Civ. Lib. V. Tr.* 2. *c.* 3. *n.* 125. *&c.*

Digitized by Google

falsum, vel promittitur id, quod physice aut moraliter est impossibile, vel illud non observatur, quod iuramento promissum fuerat. Huic autem affinis est mala sæpe iurandi consuetudo, quæ ad periurium plerumque ducit (2).

In Deum, & Sanctos directe quoque rei sunt qui vota legitime edita, Religionis mysteria, Festa, Ritus, sacras Imagines, ac Reliquias, multoque magis Eucharisticas species contemnunt, aut violant.

Quamvis autem antiqui Canones singulis hisce, similibusque criminibus proprias, easque gravissimas, pœnas tribuissent; nunc tamen veteres pœnæ illæ fere omnes in desuetudinem abiere, atque istiu-

(2) S. Basilius *Epist.* II. *ad Amphil. Can.* 29. *et Epist* III. *Cann.* 64. *ac* 82. *in Tom.* III. *Coll. Conc. Mans. p.* 1203. 1214. *et* 1219. S. Augustinus, et S. Joannes Chrysostom. apud Tillemont. *H. E. Tom. X. p.* 65. *&c.* 68. *&c.* 73. *&c.* 160. *&c. ac Tom.* XIII. *p.* 251. *&c.*

Digitized by Google

smodi criminum rei extraordinarie plerumque pro facti varietate multantur (3).

TITULUS IV.

De sortilegis.

Ultra limites humanis viribus a Deo præfinitos vagari conantur *Sortilegi*, aut *Præstigiatores*, qui ope Dæmonum, vel per vanas superstitiosas artes portentosa quædam se perficere posse præsumunt (1).

Eorum autem alii *Divinatores* proprie vocantur, qui secreta quæ-

---

(3) V. Van-Espen *d. Cap.* 5. *n.* 9. *et* 26. ac Petri Leopoldi Lex *d.* 30. *Nov. an.* 1786. *n.* 61.

(1) *Tot. Quæst.* 1. *&c. Caus. XXVI. Tit.* 21. *Lib. V. Decretal.* „ De sortileg. „ *Tit.* 18. *Lib. IX. Cod.* „ De maleficis &c. „ Bingham. *O. E. Lib. XVI. c.* 5. et Phil. M. Renazzi *De sortilegio &c. lib. singul. edit. Venet. an.* 1792.

libet aperire, vel futura præcognoſcere contingentia ſibi proponunt; alii *Magi*, qui per occultas quaſdam operationes creduntur ordinarias Naturæ leges evertere; alii demum *Incantatores*, qui ſuperſtitioſis quibuſdam ſignis, aut verbis bona etiam opera quandoque peragere fingunt.

Huius quidem generis delinquentes, præter infamiam, alias etiam pro delictorum enormitate pœnas incurrunt, veluti Jure Canonico, ſi laici ſint, anathema, ſi vero clerici, depoſitionem, & degradationem (2); ac Jure Civili capite plerumque damnantur (3).

Verum cum admodum rari hodie ſint iſtiuſmodi criminum rei, atque ii quidem, potiuſquam

(2) Vid. S. Baſilius *Epiſt.* III. *ad Amphiloch. Cann.* 65. *et* 83. ac S. Gregorius Nyſſen. *Epiſt. ad Letoium Can.* 2. *in Tom.* III. *Collect. Concil. Mans. p.* 1214. *&c. et* 1239. *&c.*

(3) *L.* 3. 5. *&c. Cod. De malef. &c.*

Digitized by Google

veri dæmonum familiares aut reſpondentes, magicæque artis profeſſores, vel tamquam impoſtores, qui ſimplices decipiunt facilesque homines, vel tamquam deluſi, quos propria fefellit opinio, reſpiciantur; ea propter, niſi aliunde veneficis pernicioſisve pharmacis homicidia, vel alia damna patraverint, extraordinario plerumque iudicio contra illos, prout decepti videntur aut deceptores, mitius graviusque proceditur (4).

(4) Vid. Rieger *d. P. IV.* §. 406. *&c.* 413. *&c. et* 422. *&c.*

Digitized by Google

TITULUS V.

De apostatis, hæreticis, & schismaticis.

A *Fide apostata* dicitur qui Christianæ Religioni prorsus renunciat, *apostata ab ordine*, qui post sacros susceptos Ordines vitam deserit clericalem; *a Religione*, qui ab eo, quod legitime professus est, Instituto regulari sine animo redeundi ex proprio arbitrio discedit; atque *inobedientiæ* demum apostasia est, cum quis legitimo Superiori pertinaci voluntate obtemperare detrectat (1).

Hæreticus, cum se Christianum esse profiteatur, in uno pluribusve articulis a Fide Catholica voluntario, & cum pertinacia recedit (2).

---

(1) *Tit. 9. Lib. V. Decretal.* „ De Apostatis &c. „

(2) Vid. *in Lib. V. Decretal. Tit. 7. ap. Greg. Tit. 2. ap. Bonif. et Tit. 3. Clement.*

Digitized by Google

Schisma demum est crimen, quo quis unitatem abrumpens Ecclesiæ Catholicæ, a communione præsertim cum illius Capite seiungitur. Ac si purum simplexve sit, Ecclesiasticam tantum evertit Hierarchiam; si vero cum hæresi coniungatur, Fidem etiam lædit (3).

Pœnæ contra hæreticos, & a Fide apostatas Jure Canonum sancitæ sunt: maior excommunicatio, & reiectio ab ingressu Ecclesiæ, atque a sepultura in loco sacro; exclusio a quovis Officio, & Beneficio Ecclesiastico non solum ipsis inhærens delinquentibus, sed etiam eorum filiis & descendentibus, iisque omnibus, qui eisdem favent, aut illos quoquo modo tuentur; ac præterea temporales pœnæ apostatis, hæreticisque a Civilibus pri-

---

Extravag. Commun. et Septimi P. Matthæi „ De hæreticis „

(3) *In d. Lib. V. Decretal. est Tit.* 8. *ap. Greg. Tit.* 3. *ap. Bonif. et in* VII. *ac Tit.* 4. *Extrav. Comm.* „ De Schismaticis &c. „

Digitized by Google

mum Legumlatoribus inflictæ a sacris postea Canonibus confirmatæ fuere: cuiusmodi sunt infamia; Bonorum confiscatio, quæ, si laici sint, Fisco, si vero Clerici, Ecclesiæ applicantur; patriæ, dominicæque potestatis amissio; quemadmodum nec ii testamenta facere, nec ab aliis heredes institui possunt; & nonnullis casibus pœnâ etiam plectuntur capitali (4).

Schismatici, si hæresim schismati adiiciant, iisdem ac hæretici pœnis subiiciuntur; puri autem simplicesve schismatici anathemate puniri, cunctis Ecclesiæ Dignitatibus, Beneficiis, & Jurisdictione spoliari, aliisque pro vario crimi-

(4) Vid. præter ea, quæ iam adnotavimus, in *Cod. Theod. Lib. XVI. Tit. 5. et seqq. cum Commentar.* Jac. Gothofredi, in *Cod. Just. Lib.* I. T*it.* 5. *et* 7. „ De hæreticis &c. „ Justiniani *Novv.* 42. 45. 109. 129. 132. *et* 144. Et quoad Etruriæ Leges Statut. Flor. *Lib.* III. *Rub.* 40. *&c.* atque *Constitt.* Magnorum Etr. Ducum Cosmi I. *ann.* 1549. *et* 1559. ac Petri Leopoldi in celebri Edicto crimin. *d.* 30. *Nov. an.* 1786. *n.* 60.

nis gradu pœnis multari solent.

Advertendum tamen, quod cum ob maxime auctum hæreticorum, & schismaticorum numerum pro bono pacis ab Ecclesia, Catholicisque Principibus ii tolerentur, expositarum, similiumque pœnarum temporalium executio, quoad toleratos istiusmodi, qui ab hæreticis, aut schismaticis orti paternam adhuc hæresim, vel schisma sequuntur, minime urgeri solet; quamvis contra novos hæreticos, schismaticos, vel apostatas ecclesiasticis laicisve Judicibus denunciatos eædem etiamnum pœnæ vigeant.

Ab Ordine autem apostata infamiâ punitur, & post tertiam monitionem privilegiorum *Canonis* & *Fori* amissione, aliisque pro criminis & pertinaciæ gradu pœnis (5): quod de apostasia quoque inobe-

(5) *Capp.* 1. *et* 3. *De Apostat. Capp.* 25. *et* 45. De *sent. excomm. ac L.* 53. §. 1. *Cod. De Episc. et Cleric.*

Digitized by Google

dientiæ dicendum (6); apostatæ vero a religione, irregularitate, ita ut nec redeuntes ad Monasteria susceptos in apostasia ordines exercere possint, ac si vestem dimiserint regularem, excommunicatione, privilegiorumque ordinis privatione plectuntur (7).

---

(6) *Can. Si autem* 11. *XI. q.* 3. *Cap.* 2. De *maior. et obed.* ac vid. in *Lib. V.* Decret. Tit. 31. *ap. Greg. et* Tit. 6. *ap. Bonifac. atque Clem.* ,, De Excessib. Prælator. et subditor. ,,

(7) Vid. *Can.* 25. Conc. Arelat. II. an. 452. relat. a Gratiano in *Can. ult. Dist. L.* et a Mansio cum Iac. Sirmondi *not. in* Tom. VII. *Coll. Conc. p.* 881. *&c. Cap. ult.* De *Apostat. Cap.* 2. *Ne Clerici vel Mon. &c. in VI.* et Conc. Trid. *Sess. XXV. c.* 19. *de Regularib.*

Digitized by Google

TITULUS VI.

De criminibus contra pudicitiam.

F*ornicatio*, nempe illicita soluti alicuius vel liberi maris cum soluta fœmina coniunctio, arbitrariæ nunc pœnæ subiicitur.

Illicita vero coniunctio ipsa inter easdem personas continua, quæ *Concubinatus* dicitur, ita punitur, ut ex Tridentini Concilii decreto concubinâ utens, qui ter monitus eam non abiecerit, excommunicetur, ipsaque concubina variis subiiciatur pœnis per seculares etiam Magistratus, si opus fuerit, a Civitate vel Diœcesi expellenda (1).

Stuprum est illicita virginis, aut viduæ honeste viventis violatio; ac stricto Jure Canonum stuprator ad dotandam, uxoremque

(1) *Sess. XXIV, c. 8. de ref. matr.*

Digitized by Google

ducendam stupratam tenetur (2), ex longa vero consuetudine alterutrum ex his stuprantem præstare sufficit, atque inde natam prolem is alere debet (3). At si stuprum, ut aiunt, *qualificatum* fuerit, gravius etiam pro criminis gravitate punitur; hinc si Clericus ex. gr. virginem vitiaverit, eam dotare cogitur, aliasque pœnas arbitrio Judicis subire, ac si eidem vim intulerit, vel fuerit adulter, ab Officio deponitur, & perpetuo carcere multatur (4).

Adulterium est dolosa fidei coniugalis violatio per concubitum alterutrius coniugis cum extranea persona. Adulteri pœna excommunicatio; adultera vero in monasterium ad pœnitentiam agendam detrudi debet, nisi a coniuge recipiatur (5).

---

(2) *Cap.* 1. *et* 2. De *adult.*
(3) *Cap.* 5. *in fin.* De *eo*, *qui duxit &c.*
(4) *Can. Si quis* 10. *&c. Dist. LXXXI.*
(5) Innocentius I. Papa *Epist. ad Exu-*

Digitized by Google

Inceſtus, vel coniunctio intra cognationis aut affinitatis gradus ab Jure vetitos inita, excommunicatione, aliisve pro varia delinquentium proximitate pœnis coercetur (6).

Violenta fœminæ, de cuius nuptiis nihil ante actum fuerat, abductio libidinis explendæ causſâ *Raptus* dicitur; raptorque infamis declaratur a Tridentina Synodo, excommunicatus, omniumque dignitatum incapax: quæ quidem pœnæ vel ad eos extenduntur, qui favorem, conſilium, auxiliumve raptori præbent, isque præterea tenetur dotare mulierem, quam rapuit (7).

---

per. c. 4. *in Tom.* III. *Coll. Conc. Manſ. p.* 1040. *Can.* 4. *XXXII. q.* 4. *Can.* 20. *et* 23. *Eâd. q.* 5.

(6) *Tot. Cauſ. XXXV.* C*lem. un.* De *conſang. et affin.* S. Baſilius *Epiſt.* III. *ad Amphiloch.* C*ann.* 75. *et ſeqq. et Epiſt. ad Diodor. in Append. Tom.* III. *Coll. Concil. Manſ. p.* 1215. *&c. et* 1222. *&c.*

(7) Conc. Trid. *Seſſ. XXIV. c.* 6. *de*

Digitized by Google

Aliæ quoque sunt illicitæ coniunctiones, veluti *Polygamia simultanea*, *bestiarum abusus &c.* de quibus, deque illarum pœnis criminales adeundi Scriptores. In veteri autem Ecclesiæ Disciplina certis afficiebantur severisque pœnis eorum etiam criminum rei, quæ hactenus recensitis quodammodo inserviunt, veluti lenones, lascivorum carminum, libellorumve scriptores &c: verum ii nunc arbitrario, atque ut plurimum in Foro tantum interno plectuntur (8).

---

ref. matrim. Can. 30. *XXVII. q.* 1. Can. 46. *et seqq. Eâd. q.* 2. Tot. Caus. *XXXVI.* et Cap. 4. De *purg. canon.*

(8) De istiusmodi criminibus generatim vid. Tit. 16. *Lib. V. Decretal. Greg.* „ De adulteriis &c. „ *et in Septimo P. Matth.* Tit. De Concubinariis &c. „ S. Gregorii Nyssen. *Epist. ad Letoium* Cann. 3. *&c. in Append.* Tom. III. *Coll. Conc. p.* 1242. *&c.* Bingham. *Or. Eccl. L. XVI. c.* 11. Van-Espen *Jur. Eccl. Un.* P. III. Tit. 4. *c.* 4. *et d. L.* 30. *Nov.* 1786. *n.* 96. *&c.*

Digitized by Google

TITULUS VII.

De simoniacis, & fœneratoribus.

S*imonia* in spiritualium quarumcumque rerum, iisve adnexarum emptione aut venditione, temporali adsignato pretio, consistit (1).

Eam vero non modo *realem*, quod nempe actu fit mercimonium, vetat nostrum Jus; verum etiam *conventionalem*, quæ pactis & conventionibus vel expressis vel tacitis inest; ac *internam* quoque vel *mentalem*, ut aiunt, quæ animo tantum concipitur: variisque pœnis pro rerum, de quibus agitur, qualitate subiicit huius criminis reos.

Nam omnes generatim simo-

(1) Vid. T*ot*. C*aus*. I. ap. Gratian. *in Lib. V. Decretal.* T*it*. 3. *ap. Greg.* T*it*. 1. *Extr.* Comm. *et* T*it*. 11. *Septim. P. Matth.* ac Van-Espen *I. E. U. Part*. 1. T*it*. 26. *P.* II. T*it*. 30. *et P.* IV. T*ract*. 1. 4. *et* 9.

niaci excommunicatione puniuntur, cuius absolutio Summo Pontifici reservatur. At si de Professione, statusve regularis ingressu ex. gr. loquamur, Conventus vel Capitulum ab officio suspenditur, & professus præter Juris, quam incurrit, infamiam, eodem in Monasterio degere nequit (2). Cum simoniæ labe fœdatur Ordinatio, qui ordines contulit a Pontificalibus conficiendis suspenditur, quique illos suscepit simili & susceptorum Ordinum, & suscipiendorum suspensione multatur. Beneficiorum collatio simoniaca ipso Jure nulla est, nec ei, qui per simoniam Beneficium semel obtinuit, idem rursus umquam conferri potest. Aliæque demum

(2) Ad evitandam quamvis istiusmodi simoniæ suspicionem quoad Monialium dotes, videnda sunt ea, quæ cavit Petrus Leopoldus M. E. D. Legibus latis *d.* 4. *Maii* 1775. *d.* 30. *Jul.* 1782. *d.* 26. *Jan.* 1784. *d.* 21. *Mart.* *n.* 9. *d.* 30. *Jul.* *et* 22. *Octobr.* 1785. *et d.* 28. *Aug. an.* 1788.

Digitized by Google

simoniæ species arbitrario puniuntur (3).

Usuræ vero crimen eum committere dicimus, qui aliquam rei vel pecuniæ quantitatem præter sortem, non veluti compensationem eius, quod sua revera interest, sed ob purum pecuniæ usum alteri concessum contra leges ultra id, quod interest, lucratur (4).

Hanc quoque Juris nostri Periti dividunt in *externam*, quæ per pactum aliquod directe aut indirecte inducitur; et *internam*, per quam citra expressum pactum ex alia qualibet debitoris obligatione iniustum lucrum propter usum traditæ sortis creditori provenit (5).

---

(3) Vid. Schmier *Iur.* Can. Civ. *Lib. V. Tr.* 2. *c.* 1. et Thomassin. *V. et N. E.* D. *Part.* III. *Lib.* I. *c.* 49. &c.

(4) Vid. *in Lib. V.* Decretal. Tit. 19. *ap.* Greg. *et* Tit. 5. *ap. Bonif. et Clement.* „ De usuris „ Benedictus XIV. *Encycl. Vix pervenit d.* 1. *Nov. an.* 1745. et ad eam *Dissert.* Francisci Zechii.

(5) De aliis usuræ divisionibus in *Conventionalem et legalem*, *in terrestrem et ma-*

Digitized by Google

Quod ex illicita utriusque generis usura percipitur, numquam in dominium transit fœneratoris; adeoque cum ipse tum illius heredes, si bona hereditatis sufficiant, ad restitutionem omnino tenentur, quæ vel ipsis debitoribus facienda est, vel eorumdem heredibus, iisque deficientibus, pauperibus.

Pœnæ vero, quibus manifesti huius criminis rei subiiciuntur, sunt: irregularitas, infamia, et si Clerici sint, suspensio ab officio et beneficio, atque, si persistant, depositio; præterea fœneratores testamenta facere nequeunt; nisi de usuris satisfecerint, sacramentis Eucharistiæ, ac Pœnitentiæ, et Ecclesiasticâ sepulturâ privantur; iisque domus a nemine locanda (6).

---

ritimam &c. agunt prælaudat. Zechius *Diss.* 1. *ad d. Encycl. Benedicti XIV. c.* 1. Leotardus *Quæst.* IV. *n.* 1. *et* 7. ac vid. Schmier *Iur.* Can. Civ. *Lib. V.* Tr. 2. *c.* 2.

(6) Præter Auctores supra citatos *n.* 4. *&c. h. tit* vid. Fleury *Inst.* I*ur. Eccl. P.* III. *c.* 13. et Rieger I*ur. Eccl. P.* IV. §. 482. *&c.*

Digitized by Google

TITULUS VIII.

De aliis contra bonos mores criminibus.

Plura quoque alia sunt crimina, quæ cum sacris civilibusque Legibus adversentur, Christianorum, non minus quam Civium, bonos mores lædunt, ac proinde variis ab utroque Jure sancitis pœnis qui ea committunt subiiciuntur. Cum tamen eorumdem cognitio in Foro externo ad secularia plerumque Tribunalia spectet; ideo quoad hæc non nisi Canonicas pœnas breviter exponemus, ac plura, si libeat, de ipsorum natura, divisionibus, et qualitatibus apud civilium, criminaliumque rerum Scriptores haurire licebit (1).

---

(1) Videndi Ant. Matthæus *ad Lib. XLV*II. *et XLV*III. D*igestor*. Cremani *de Iur. Criminal. Lib.* I. *et* II. Heinecc. *Elem. Iur. Civ.* §. 1340. *&c.* et quoad speciale Ius Etruriæ *prælaud. Lex d.* 30. *Novemb. an.* 1786. *n.* 62. *&c.*

Digitized by Google

Pœnæ a Canonibus in *homicidas* voluntarios et iniustos decretæ sunt: irregularitas, ac si de laicis agatur, excommunicatio; si vero de clericis, depositio ab ordine atque officio, perpetuus carcer, et, si relapsi fuerint, seque corrigere nolint, degradatio, anathema, et traditio Curiæ seculari: quod eo magis obtinet, si homicidium, ut aiunt, *qualificatum* fuerit, veluti *parricidium*, *assassinium &c.* (2).

Ob *falsitatem* litterarum præsertim Apostolicarum laicus anathemate, clericus etiam degradatione, ac traditione curiæ seculari punitur; qui vero litteris usus fuerit ab alio confictis ad obtinenda beneficia &c. vel falso eas impetraverit, beneficiis spoliatur.

Furti caussâ infames et irre-

(2) Vid. *in Lib. V. Decretal. ap. Greg. Tit.* 10. -- 17. iunctis *Tit.* 4. *Sexti*, *et Clementinar. Tit.* 9. *Extr.* Ioan. *ac Tit.* 8. *Septimi P. Matth*. atque Van-Espen I. *E. U. Part.* II. *Tit.* 10. *c.* 7.

Digitized by Google

gulares fiunt cum clerici tum laici, ac ſi rurſus furentur, aliis etiam gravioribus pœnis · · 'elicti qualitate multantur.

Raptores, et *incendiarii* excommunicationem incurrunt, a quaminime abſolvi poſſunt, niſi damna reparent.

Iniuriæ, *calumniæ*, *damna data &c.* vindicantur arbitrariis quibuſdam pœnis criminum enormitati reſpondentibus, præter famæ, et eius, quod intereſt, reſtitutionem; ac ſi de libellis famoſis agatur, infertur excommunicatio (3).

De iis autem delictis, quæ moril · adverſantur Clericorum, Regularium, et Secularium Fidelium propriis, quæque contra cetera Eccleſiæ Inſtituta patrantur, hic in ſpecie non agimus; quamvis enim peculiaribus certiſque pœnis

(3) Videndi in *d. Lib. V. Decret.* Titt. „ De crimine falſi „ De furtis „ De raptorib. incendiariis &c. „ De calumniatorib. „ &c.

Digitized by Google

Ecclesiasticarum quarumcumque Legum violatores olim afficerentur, hodierno tamen usu extraordinarie plerumque puniuntur, et ex iis, quæ de vita, et honestate Clericorum, ac Regularium &c. suis opportune locis diximus, istorum criminum species, et qualitates facillime intelligi possunt.

TITULUS IX.

De Sacrilegis.

Delicta contra personas, aut res Deo consecratas, sacrisve in locis admissa vocantur *sacrilegia* (1).

In Personas quidem hoc crimen quis committere dicitur, cum eas illicitâ quavis coniunctione violat, illisve quacumque tandem ratione vim infert, easdem rapiens

(1) Vid. *in Septimo P. Matth. Lib. V. Tit. 6.* „ De sacrilegis „.

Digitized by Google

ex. gr. feriens, verberans, eoque magis occidens &c; atque istorum criminum reis præter excommunicationem *latæ sententiæ* Summo Pontifici reservatam, alias quoque pro varia illorum qualitate pœnas tam Canones quàm Leges Civiles imponunt.

In res fit sacrilegium, cum vel Sacramentis quis abutitur, vel rem sacram, seu Divino cultui dicatam iniurià contrectat, aut quovis modo pessumdat; easque res violans, aut e loco sive sacro sive non sacro subripiens maiori subest excommunicationi, ac nisi res ipsas restituat, damnumque sarciat, Pœnitentiæ sacramentum, excepto mortis articulo, et Ecclesiastica sepultura ei denegatur.

Quoad loca demum sacrilegium admittitur, cum e sacro quocumque loco res licet non sacra subripitur, vel quodlibet aliud crimen in eo patratur; et iisdem fere pœnis, quas nuper exposuimus, huius criminis reus subiici solet.

Digitized by Google

TITULUS X.

De criminali processu inchoando.

Triplici modo introduci potest coram Ecclesiastico Judice criminalium quarumcumque caussarum cognitio, *Accusatione* scilicet, *Denunciatione*, & *Inquisitione* (1).

Accusator is dicitur, qui crimen aliquod, eiusque probationes, ut reus pœnæ subiiciatur, apud competentem Judicem legitime defert.

Accusare autem regulariter neminem possunt infames, impuberes, fœminæ, servi, excommunicati, infideles, heterodoxi, qui falsum dixere testimonium, vel calumniatores fuere, quique ob turpem questum accusant, vel suspi-

(1) *Tit.* 1. *Lib V. Decretal. Greg. et Bonif.* „ De accusationibus &c. „ *Cap. Licet* 31. *De Simon.* et Van-Espen *I. E. U. Part. III. Tit.* 8. *c.* 1.

Digitized by Google

cione laborant. Nec liberti accusatores esse possunt patronorum, nec filii parentum & viceversâ, nec fratres fratrum. Clerici autem, ac Regulares, si ad vindictam, seu pœnam sanguinis intendant, ab accusatione repelluntur, non secus ac inimici capitales, aliique nonnulli Civili præsertim Jure, quod non improbant Canones, ut filii familias sine consensu patris, milites, magistratus, pauperes &c. Qui tamen fere omnes, si de atrocioribus agatur delictis, sive de rebus licet criminalibus civile tantum Judicium instituant, vel propriam, suorumve persequantur iniuriam, admittuntur (2).

Qui alicuius criminis notitiam Judici quomodocumque præbet, *de-*

(2) Vid. *Can.* 128. *et seqq. Cod. Afr.* in *Mansiana Concil. Coll. Tom.* III. *p.* 826. *Tom.* IV. *p.* 437. et apud Gratian. in *Can.* 1. IV. *q.* 1. *Can. In primis* 7. §. 3. 12. *&c.* II. *q.* 1. *Can.* 6. *Eâd. q.* 7. *Cap.* 21. §. 1. De *accusat. Cap.* 2. *De homic. in* VI. ac *Tit.* 1. *Lib. IX. Cod.* „ De his, qui accusare non possunt „.

Digitized by Google

nunciare dicitur. Et vel *Evangelica* est denunciatio, cum nempe Judici tamquam patri manifestatur delictum, ut reus corrigatur, eamque duplex monitio præcedere debet; vel *Canonica*, cum in eum tantum finem detegitur crimen, ut periculum Animæ, sacrarumve Legum violatio impediatur, veluti ne ordinetur indignus, aut ne matrimonium, aliquo interveniente impedimento, contrahatur &c; vel tandem *Judicialis*, quæ sive privatim fit a quocumque ad proprium damnum, iniuriamve reparandam, sive publice a ministris ad id destinatis, ut Judex secundum Leges procedat contra reum: & hoc quidem casu denunciator Judici saltem præbere debet probabilia criminis indicia, sive argumenta, quibus ad denunciandum motus fuit, quibusque Judex innixus per se ipsum de crimine ulterius inquirere possit.

Inquisitio ergo nonnumquam a denunciatione originem ducit,

by Google

quamvis oriri etiam possit vel a publica fama, vel a proprio Judicis officio, atque definitur: legitima criminis investigatio ab Judice sine proprio accusatore instituta. Ea dividitur in *generalem*, cum nempe Judex loca, vel personas inspiciens, quæ ad propriam spectant Jurisdictionem, an quidquam contra Leges fiat, perscrutatur, velut in Visitationibus Episcoporum &c; in *specialem*, qua de certo crimine contra certas personas; & *mistam*, qua de certo crimine ad reum non adhuc notum inveniendum inquirit. Ac in speciali quidem nonnullæ saltem præsumptiones, verisimiles conjecturæ, vel indicia, quæ infamiam pariant contra reum, præcedant oportet; quemadmodum & de criminis veritate cum in speciali, tum in mista quavis Inquisitione constare debet (3).

---

(3) *Capp.* 14. 17. 19. 21. *et* 24. *De accuſat. &c.* ac vid. Rieger *I. E. P.* IV. §. 266. *&c.*

Digitized by Google

Inter modos criminalia introducendi Judicia nonnulli quoque recensent *exceptionem*, qua crimen quis alteri obiiciens a semetipso avertit accusationem; *confessionem* rei, qui alios accusat eiusdem, quod ipse confitetur, vel alterius criminis; & cetera eiusmodi: quæ tamen facile ad accusationem, denunciationemve redigi possunt.

TITULUS XI.

De Inquisitionis, vel S. Officii Tribunali.

Licet Inquisitio generalis sit procedendi modus, quo Judices omnes utuntur in criminibus cuiusvis generis investigandis, ut superiori Titulo diximus; quorumdam tamen Judiciorum proprium hoc nomen effectum est, quæ in Tribunalibus perficiuntur ad id præcipue designatis, ut contra hæreti-

Digitized by Google

cam pravitatem inquirant (1).

Huiusmodi quidem Judiciis non Episcopi, aliive ordinarii Judices Ecclesiastici, sed Regulares nonnulli præfici solent: qui sane usus ineunte circiter XIII. seculo est introductus.

Ministri autem isti, qui non nisi de hæresibus, & quibusdam aliis in Religionem patratis criminibus cognoscunt, *Inquisitores* dicuntur; atque in iis instituendis Iudiciis ita procedunt, ut hæreseos, aliorumve ad eorumdem Jurisdictionem pertinentium delictorum suspectos in carceres trudant, ac summarie absoluto processu, ferant sententiam, qua confessi, & de crimine convicti, si errorem quidem abiurent, iustâ pœnitentiâ, perpetuove carcere plectuntur;

---

(1) Vid. Van-Espen *I. E. U. Part.* I. *Tit.* 22. *c.* 3. Fleury *Inst. Jur. Eccl. P.* III. *c.* 9. *&c.* et *Disc. VII. à l'Hist. Eccl. n.* 13. Rieger *d. P.* IV. §. 305. *&c.* et Sarpi *Dell' orig. forma, leggi, ed uso dell' Inquisiz. &c.*

Digitized by Google

si vero impœnitentes, vel relapsi fuerint, Curiæ traduntur seculari iuxta Civiles sanctiones ultimo supplicio, aliisve pœnis coercendi.

Extraordinarium tamen hoc Tribunal nonnullibi, ut in Etruria, sublatum est, ac ius in hæreticos, ceterosque huiusmodi reos inquirendi Episcopis restitutum (2).

(2) De *S. Officii* origine, vicibus, et abolitione in Etruria nostra, vid. Jo. Lamius *Antich. Tosc. Lez. XVII.* Fineschius in Vit. F. Rogerii Calcagni *Memor. Istor. &c. Tom. I. p. 93. &c.* Gallutius *Istor. del Granducat. di Tosc. Lib.* I. *c.* 8. *Lib.* II. *c.* 9. *et Lib.* III. *c.* 9. Concordat. Benedicti XIV. Papæ cum Francisco I. Imp. et M. E D. an. 1754. de quo agitur in *Hist. eiusdem anni edita Venet. Lib.* IV. *p.* 199. *&c.* ac Petri Leopoldi M. E. D. *Lex lata d.* 5. *Jul. an.* 1782. in *Cod. Della Tosc. Legisl. Tom. XV. pag.* 37. *&c.*

Digitized by Google

TITULUS XII.

De rei citatione, & captura.

Cum in ordinariis Judiciis legitima criminis accusatio, denunciatio, fama, vel præsumptio contra quemcumque præcesserit, Judex eum citare debet: quod per apparitores vel (ut aiunt) *verbaliter* fit, vel si crimen atrox, ac non mediocris suspicio fuerit, *realiter*, seu per apprehensionem aut capturam efficitur, atque reus custodiæ caussâ, & ad fugæ periculum evitandum in carcerem coniici, aut alicuius fidei committi potest.

Summa tamen cum cautione procedere debet Judex, qui mandatum capturæ præbet, vel aliquem in carcerem detrudi iubet, ratione tam personarum quàm criminum habitâ; cumque de iis agitur, quæ non nisi multis pecuniariis, exiliove subiici possent, si a reo præstetur idonea cautio, mini-

Digitized by Google

me illum detinendum esse, communis ac probabilis opinio est (1).

TITULUS XIII.

De reorum examine, & contumacia.

In Iudiciis criminalibus reus per se ipsum regulariter comparere debet.

Postquam vero ipsi capitula communicata fuerint, depositiones, & nomina testium (1), is Iudicis interrogationibus illico respondere tenetur. Ac si crimen quidem rite fateatur, tamquam *legitimatus*, ut

(1) *Cap.* 15. *De sent. excomm.* Conc. Trid. *Sess. XXV. c. 6. de ref. Tit.* 3. *et* 4. *Lib. IX. Cod.* et *Tit.* 3. *Lib. XLVIII. Dig.* „ De custodia et exhibit. reor. „ ac Petri Leopoldi M. E. D. *Leges d.* 8. *Nov.* 1781. et *d.* 30. *Nov.* 1786. *n.* 15. *&c.* 29. *&c.*

(1) *Cap. Qualiter* 24. *v. debet De accusat.* ac *d. L.* 30. *Nov.* 1786. *n.* 13.

Digitized by Google

Pragmatici aiunt, seu perfectus habetur processus; si vero ex eiusdem responsis delictum non satis probetur, ad *legitimationem*, sive confirmationem actorum, ita procedi solet, ut testes, qui iam de crimine deposuerant, examini rursus subiiciantur, ac si opus sit, coram ipso reo, depositionem renovare debeant; iustisque demum eidem concessis dilationibus, ut is se ipsum defendere, vel ab aliis defendi valeat, si plenissimis, atque (ut aiunt) luce meridianâ clarioribus probationibus convictus fuerit, ab Iudice condemnatur; alias regulariter absolvi debet (2).

Præter varia probationum genera, de quibus alibi diximus (3), ad eliciendam a reo criminis confessionem, tormentorum vis, aut

(2) *Cann.* 1. 2. *et* 18. *II. q.* 1. *L. ult. Cod. De probat. d. L.* 30. *Nov.* 1786. *num.* 110. *&c.* Van-Espen *I. E. U. Part. III. Tit.* 8. *c.* 3. *n.* 25. *&c.* atque Ant. Matthæus *De criminib. Tit.* 15. *c.* 1. *&c.*

(3) *Tit.* 14. *& seqq. Lib. III.*

Digitized by Google

quæstio nonnumquam adhiberi consuevit, qua tamen hodie minime utitur Curia Ecclesiastica, & in secularibus etiam pluribus abolita est, cum a sapientibus cordatisque viris tamquam indicium robusti corporis, animique ad perferendum apti, non tamquam idonea veritatis probatio, respiciatur cruciatuum tolerantia (4).

Reos suorum criminum conscios quandoque delitescere, *contumacesque* fieri contingit: quo casu post tertiam citationem, cum eorumdem fuga, vel contumacia, si vera sit, non præsumpta, probatumque fuerit delictum, communiter pro tacita confessione habeatur, ii condemnari possunt, quamvis deinde reis ipsis contumaciam purgare liceat (5).

---

(4) Lampredi *Jur. Pub. un. P. II. c.* 3. §. 12. Montesquieus *Espr. des Loix L. VI. c.* 17. Beccaria *De' delitti, e delle pene* §. 16. ac *d. L.* 30. *Nov. an.* 1786. *n.* 33.

(5) *Cap.* 8. *De dol. et contum.* et *d. L.*

Digitized by Google

Communi Canonum Jure vel a criminalibus sententiis generatim appellatio conceditur; sed ne inferiores hoc remedio cum Ecclesiasticæ Disciplinæ detrimento abuterentur, provisum, ut a Superiorum correctionibus quoad eum tantum, quem *devolutivum* dicunt, effectum, non quoad *suspensivum*, appellari posset (6).

---

30. *Nov.* 1786. *n.* 37. *&c.* ubi statuitur, contumaciam non tamquam rei confessionem esse habendam, sed ut purum indicium aliis criminis probationibus adiiciendum.

(6) *Cap.* 13. *&c. De appellat.* ac vid. Van-Espen *d. P. III. Tit.* 10. *c.* 1. *num.* 41. *&c. et Cap.* 3. *n.* 15. *&c.* atque Petr. Leopoldi M. E. D. *Lex d.* 8. *Octob. an.* 1782. qua huic Juris Communis regulæ derogatum, omnisque sublata est a sententiis criminalibus appellatio.

Digitized by Google

TITULUS XIV.

De Notorio, ac duplici Purgatione.

Si crimen adeo patens indubium & perspicuum sit, ut nulla possit tergiversatione celari, *notorium* dicitur; cumque tunc nullâ investigatione ad inquirendam facti veritatem opus sit, processus omittitur (1).

Contra vero si plene probatum non fuerit delictum, Jure Canonum admittitur *Purgatio*, qua reus, vel potius accusatus, aut de crimine suspectus ab infamia liberatur; ac duplex est.

Alia *Canonica* dicitur, quia Canonum auctoritate firmatur, eâque solâ, quamvis raro, in Judiciis utimur. Consistit autem in actu quodam, quo accusatus, tactis Evangeliis, vel Reliquiis San-

(1) Schmier *Lib. V. Tr.* 1. *c.* 4. *num.* 148. *&c.* et Rieger *I. E. Part. II.* §. 768. *&c.*

Digitized by Google

ctorum, de propria innocentia iuramentum præstat, simulque cum eo iurant alii, qui probe illum, eiusque vitam cognoscant, & *Compurgatores* vocantur. Hi fide digni esse debent, numero plures paucioresve pro maiori minorive contra ipsum accusatum suspicione; ac non de facti quidem veritate iurent oportet, sed quod factum, de quo agitur, credibile sit (2).

Alia *vulgaris* Purgatio appellatur, cum a vana vulgi opinione infelicioribus seculis originem duxerit, & nunc penitus obsolevit. A nonnullis ea pendebat experimentis, quibus accusatus, vel suspectus aquâ calidâ, frigidâve, ferro candenti, armis, aliisve huiusmodi rebus adhibitis, subiiciebatur; ac si eadem expertus minime læsus inventus esset, innocens; si

(2) Vid. *in Lib. V. Decretal. Tit.* 34. „ De Purgat. Canon. ;„ et quid in Etruria circa iuramentum statutum fuerit, vid. in *d. L.* 30. *Nov. an.* 1786. *n.* 6. *&c.*

Digitized by Google

autem in experimento defeciſset, reus habebatur (3).

TITULUS XV.

De Pœnis Canonicis.

P*œna* generatim definitur iuſta criminis coercitio, ſive dolor quilibet, vel incommodum, cui quis ob patratum crimen ſubiicitur. *Canonica* vero appellatur, quæ ab Eccleſiæ Miniſtris legitimâ præditis poteſtate Fidelibus imponitur iuxta Canonum ſtatuta (1).

(3) *Tit.* 35. *d. Lib. V. Decretal.* „ De Purgat. vulg. „ ac de duellis in ſpecie vid. *Tit.* 14. *eiuſdem Lib. V. Decret. ap. Greg.* et *Tit.* 17. *in Septimo P. Matth. L. V.* atque Leges Etrur. *dd.* 18. *Sept. an.* 1634. *et* 20. *April. an.* 1739. *n.* 58. *in Cod. della Toſc. Legiſlaz. Tom. VII. p.* 4. *&c.* et in *Collect. Legum Etr. edita Florentiæ Claſs. I. ad d. an.* 1739.

(1) Vid. in *Lib. V. Decretal. Tit.* 37. *ap. Greg. Tit.* 9. *ap. Bonif. Tit.* 8. *Clement. Tit.* 12. *Extrav. Joan. et Tit.* 8. *Commun.* „ De Pœnis „.

Digitized by Google

Eaque vel a reis ultro vereque pœnitentibus assumi solet, vel invitis etiam ac reluctantibus, sive impœnitentibus infligitur. Prima quidem *Pœnitentiæ*, altera proprio *Pœnæ*, vel etiam quibusdam casibus specialiori *Censuræ* nomine indicatur.

Insuper eæ, quibus Ecclesia utitur, pœnæ aut cunctis Fidelibus communes, aut nonnullorum propriæ tantummodo sunt.

TITULUS XVI.

De Tenuioribus Christifidelium pœnis.

Inter minores, quę tam Clericis quam laicis &c. delinquentibus ex Jure Canonum infliguntur, pœnas recensendę sunt 1.° multę pecuniarię (1) pauperibus, locis piis, edi-

(1) Conc. Trid. *Sess. XXV. c. 3. et 14. de ref.*

Digitized by Google

ficiisve sacris applicandę; 2.° reorum ad certum tempus, vel perpetua relegatio in monasteria, sive alia loca, e quibus egredi nefas; 3.° eiectio a civitate, diœcesi, vel Monasterio &c; 4.° tandem ieiunia, vigiliæ, verberationes, aliaque huiusmodi, quæ corpus affligunt, a Monachorum superioribus, non secus ac ab Episcopis, ceterisque Præsulibus, & Prælatis Ecclesiasticis imponi solent: quæ tamen pœnæ cum ex proprio Ecclesiæ instituto non ad publicam vindictam, sed ad spiritualem ipsorum delinquentium, & aliorum medicinam dirigantur, proinde in iis omnibus infligendis Præfectos quoscumque sacros patres esse debere, non percussores, vindices, carnificesve, Canones monere non desinunt (2).

(2) Vid. S. Leonis Papæ *Epist. ad Anastas. Thessalon in Collect. Concilior. Mansi Tom. V. p.* 1278. et Gratian. *Tot. Dist. XLV.*

Digitized by Google

TITULUS XVII.

De Excommunicatione.

Canonicarum pœnarum gravissima est *Excommunicatio*, cuius duę quidem sunt species: *maior*, quę *anathema* quoque dicitur, & reum ab Ecclesię corpore prorsus abscindit; ac *minor*, quę a Sacramentorum, Beneficiorumque perceptione Fideles excludit (1).

Ad formam vero Excommunicationis irrogandę quod attinet, ea vel *ab homine* infligitur cum superior aliquem excommunicatione percellit; vel *ab Jure*, cum Lex ob certum aliquod crimen delinquentem huic pœnę subiicit: atque postrema hęc aut *latæ*, aut *feren-*

---

(1) De hac pœna generatim vid. in *Lib. V. Decretal. Tit.* 39. *ap. Greg. Tit.* 11. *ap. Bonif. Tit.* 10. *Clement Tit.* 13. *Extrav. Joan. et Tit.* 10. *Commun.* „ De sent. excommunicat. „ atque Van-Espen *Part. III. I. E. U. Tit.* 11. *Capp.* 3. *&c.*

dæ sententiæ dicitur, prout vel ipso facto, vel post Judicis sententiam quis tanquam excommunicatus habetur.

Ea tamen minime proferenda sententia, nisi ex iusta caussa, cum cetera quęvis remedia inutilia fuerint ad obtinendam reorum emendationem, aliorumve periculum evitandum, nec regulariter, nisi post trinam, aut saltem binam monitionem (2).

Pręcipui maioris excommunicationis effectus sunt: 1.° quod excommunicati a communione arceantur Bonorum omnium spiritualium, cuiusmodi sunt suffragia Fidelium, usus tam activus quàm passivus Sacramentorum, sepultura in loco sacro, ac Jurisdictionis, Officiorum, & quarumlibet Ecclesiæ Dignitatum exercitatio;

---

(2) *Cann.* 11. 18. *&c. Quæst.* 1. *Can.* 2. *V. q.* 2. *Cann.* 8. 41. *&c. XI. q.* 3. *Can.* 5. *XVI. q.* 7. *Can.* 17. *&c. XXIV. q.* 3. et Conc. Trid. *Sess. XXV. c.* 3. *de ref.*

Digitized by Google

2.° quod ii temporalibus quoque Bonis ab Ecclesia provenientibus careant, veluti fructibus Beneficiorum, distributionibus &c; 3.° tandem quod a civili quocumque commercio cum ceteris Christi fidelibus omnino removeantur, ita ut anathemate perculsi ab aliis vitari debeant, quique cum iis communicant *minorem* incurrant excommunicationem, exceptis illis, qui ex necessitate, lege, vel officio, ex ignorantia, vel ea tantum de caussa excommunicatos alloquuntur, ut eos ad salutem spiritualem adducant (3).

---

(3) *Can.* 103. *XI. q.* 3.

Digitized by Google

TITULUS XVIII.

De Interdictis Eccleſiaſticis.

Altera inter maiores cunctis Fidelibus communes pœnas Canonicas eſt *Interdictum*, quod non omnium quidem, ſed nonnullarum tantummodo ſpiritualium rerum uſum, veluti ſacrorum Officiorum, Sacramentorum quorumdam, & Eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſuſpendit; ac vel *locale* dicitur, quo loca ſolum afficiuntur, ita ut qui Divinis Officiis ibidem aſſiſtere conſueverant, id alibi perficere poſſint; vel *perſonale*, quod perſonis, quocumque tandem ierint, adhæret; vel *miſtum*, quod eſt certis locis, perſoniſque commune.

Item aliud eſt *generale*, quo Regnum quoddam, Civitas, aut perſonarum collegium, communitaſve interdicitur; aliud *ſpeciale*, quod ſingulas tantum perſonas, vel peculiaria loca ferit (1).

---

(1) *Capp.* 10. 16. *&c. De Sent. exc.* in 6.

[illegible]asi olim Interdictorum effectus [illegible] omnia quidem Religionis officia [illegible] extenderet; postmodum tamen [illegible]ummorum Pontificum indulgentia permitti cœpit, ut Ba[illegible] [illegible] & Confirmatio infantibus, [illegible]us autem Pœnitentiæ, & Eucharistiæ sacramenta ministrare [illegible] deinde aliis quoque omnibus P[illegible]entiæ, ac Prædicationis usus concessus; quemadmodum & in locis [illegible]nterdictis Clerici sepeliri possunt, [illegible]ui eidem non obstitere Interdicto, & Canonicas horas legere, ac Missas celebrare licet, januis tamen clausis, demissâ voce, [illegible] ulla solemnitate, exclusisque [illegible]dictis, & excommunicatis.

Immò solemnioribus quibusdam diebus, veluti Nativitatis Domini, Paschatis, Pentecostis,

---

VI. De aliis autem huius pœnæ divisionibus &c. vid. Schmier *J. C. C. Lib. V. Tr.* 1. *c.* 3. *n.* 247. *&c.* Van-Espen *d. Tit. XI. c.* 9. et Rieger *Jur. Eccl. P. IV.* §. 569. *&c.*

Digitized by Google

Corporis Christi, & Assumptio... Deiparæ, apertis quoque ianuis Divina officia solemniter absolvi possunt, excommunicatis tantum reiectis, iisque ab Altari depulsis, qui caussam interdicto dede...

TITU...

De Irregularitate, ...

Ad statum Clericalem primo pertinet *Irregularitas*, qua licet nonnumquam & laici afficiantur, eiusdem tamen effectus nonnisi ad Ordines refertur, vit...ique Clericorum.

Cum itaque varias alibi species Irregularitatum exposuerimus, hic loci superest animadvertendum, quod inter pœnas Canonicas

(2) *Cap.* 24. *De Sent. excomm. in VI.* et Const. Martini V. *Ineffabile*.

Digitized by Google

eæ tantummodo Irregularitates censentur, quas ex delicto, non ex defectu natalium, corporis &c. promanare diximus (1), eoque sensu istiusmodi pœnam incurrunt qui ob crimen aliquod suscipiendis, exercendisve Ordinibus, vel Officiis, aut obtinendis Beneficiis Ecclesiæ inhabiles fiunt.

Suspensio vero est censura, qua Clerico vel omnium, vel quorumdam iurium ad proprium statum pertinentium usus per determinatum sive indeterminatum tempus prohibetur. Et vel *ab officio* tantum, vel *a beneficio*, vel *ab utroque simul* suspendi quis dicitur: Primo casu nullum suspensus absolvere potest Ecclesiasticum munus, quod sive ab Ordine, sive ab Jurisdictione, aut Dignitate proveniat, alias irregularitatem incurrit, & actus quidem Ordinis illiciti, Jurisdictionis autem alio-

(1) *Tit.* 3. *Lib. I.*

Digitized by Google

rumque Officiorum nulli sunt; secundo amittit ius percipiendi fructus, aliosque Beneficiorum proventus durante suspensione; tertio demum utriusque generis iurium expers efficitur.

Suspensio quoque vel *ab Jure*, vel *ab homine* infligitur; quęque ab homine, aut ab Judicis sententia pendet, scripto ferenda est, expressâque caussâ, alias Judex ipse suspenditur, atque ab ingressu Ecclesię per mensem arcetur.

Item non omnis quandoque Jurisdictionis, Ordinisve usus, vel non omnigena fructuum Ecclesiasticorum perceptio tollitur per suspensionem, sed alterutrius quędam tantummodo pars; et eo casu *particularis* seu *partialis*, ut aiunt, suspensio dicitur, ut a *generali* vel *totali* distinguatur.

Alia tandem *localis* est, qua in certo quodam loco proprii ministerii officia exercere, vel proventus percipere quis vetatur; alia *personalis*, qua Clerico iurium clericalium usus ubique interdicitur.

R

TITULUS XX.

De Clericorum depositione, ac degradatione.

D*eponi* dicitur Clericus, cum vel omnibus vel quibusdam proprii status iuribus in perpetuum privatur: quod eo sane pacto intelligendum, ut Beneficiis quidem, Jurisdictione, Officiisque ita omnino spolietur, ut quidquid circa ista depositus peragat, irritum sit; quoad Ordines autem, si quidquam post depositionem agat, illicitum, non invalidum reputetur (1).

Degradatio vero proprie dicta est pœna Ecclesiastica, qua Clericus atrocioris criminis reus a proprio statu removetur, et Curiæ seculari, veluti speciali Jurisdictioni Ecclesiæ non amplius obnoxius, puniendus traditur.

---

(1) *Tit.* 27. *Lib. V. Decretal* „ De Clerico excomm. deposito, vel interdict. &c. „

Ea seu *verbalis* est, quæ in declaratione Judicis, seu *realis*, quæ in ipsius executione sententiæ, funestis quibusdam adhibitis ceremoniis, terribilique apparatu, consistit (2).

Sed antequam laicorum Magistratuum potestati tradatur reus, Ecclesiasticus Judex apud illos enixe intercedere debet, ut Ecclesiæ lenitati morem gerentes in irrogatione pœnæ, quantum fieri potest, ab eiusdem rei sanguine abstineant (3).

---

(2) Vid. *Can.* 11. Conc. Carthagin. sub Grato an. 348. vel 349. apud Gratian. in *Can.* 3. *XV. q.* 7. *et in Tom. III. Coll. Conc. Mans. p.* 118. *Cap.* 2. *De pœn. in VI.* et Concil. Trid. *Sess. XIII. c.* 4. *et Sess. XXIV. c.* 5.

(3) *Cap.* 27. *De verb. signif. et Cap.* 2. *De homicid. in VI.*

Digitized by Google

TITULUS XXI.

De legitimis pœnas canonicas evitandi modis.

Pœnæ, de quibus hactenus egimus, effugi poterunt, si vel delicta ipsa impediantur, idest efficiatur, ut ea, quæ contra Leges admissa forent illicita, criminibusque accensenda, licita fiant, quod per legitimas *Dispensationes* obtinetur; sive postquam delicta patrata fuerint, quodammodo deleantur, quod per *Absolutiones* fit.

Dispensatio itaque dicitur actus, quo is, qui legitimâ pollet auctoritate, iustis de caussis quemdam sibi subiectum ab alicuius observandæ Legis obligatione liberat. Quoniam autem ille tantummodo Leges solvere, vel ab earum obligatione liberare, qui easdem condere potest, Juris Divini obligatorii, sive naturalis sive positivi, nulla obtineri potest Dispen-

Digitized by Google

satio, nisi ab ipso Deo, qui Jus illud constituit (1).

In iis autem, quæ ab humano tantummodo Jure manarunt, dispensare possunt Ecclesiastici Præsules, dummodo necessitas id, charitas, vel Ecclesiæ utilitas exigat (2). Atque hodierno quidem usu fere omnes alicuius ponderis Dispensationes ad Summum Pontificem sunt reservatæ; potestati vero Episcoporum nonnullæ minoris momenti relictæ fuere, nisi tamen de urgente necessitate, aut vitando scandalo agatur iis casibus, in quibus Papa dipensare solet (3).

---

(1) Vid. Fr. Florens. *Tract. De dispensat.* Thomassin. *De Vet. et Nov. E. Disc. Part.* II. *Lib.* III. *c.* 29. Van-Espen *P.* IV. *Oper. De Dispensat.* et Rieger *Jur. Eccl. P.* I. §. 458. *P.* II. §. 55. *&c. et Part.* III. §. 647. *&c.*

(2) Gelasius I. Papa *in Epist. 9. ad Episcopos Lucan. c.* 8. *&c.* relata in *Mans. Concilior. Collect. Tom.* VIII. *p.* 39. *&c. ac Tit.* 13. *Lib.* III. in Septimo P. Matthæi „ De Gratiis, et Dispensationibus „.

(3) Vid. Conc. Trid. *Sess. XXIV. c.* 6. *de ref.* Van-Espen *I. E. U. Part.* II. *Tit.* 14. *c.* 1. *n.* 13. &c. *ac supr. Lib. I. Tit.* 11. *et* 15.

Digitized by Google

TITULUS XXII.

De Abſolutionibus, & Indulgentiis.

Abſolutio eſt pœnarum cuiusque admiſſi criminis cauſsâ debitarum ei, qui rite diſpoſitus eſt, indulta remiſſio, vel imminutio.

Cum autem varie delicta, non ſecus ac pœnæ, reſpici poſſint, prout in Foro externo vel interno, iuxta Canonicum Jus vel Civile &c. conſiderantur; ideo totidem abſolutionum ſpecies diſtinguendæ, quæ omnes ut unicum quandoque crimen remittatur, ac reus liber omnino ſit, requiruntur (1).

Si delictum publicum fuerit, in Foro externo ab eo, qui Juriſdictionem habet, abſolutionem reus petere debet; ac ſi Judex quidem ſententiam tulit, ab

(1) Vid. Rieger I. *E. Part.* IV. §. 625. &c.

Digitized by Google

eodem regulariter est absolvendus, vel ab illius Superiore; si autem reservata fuerit remissio, is tantummodo absolvit, ad quem pertinet reservatio (2).

Verum cum de occulto crimine agitur, in Foro interno absolutio præbetur ab iis, qui legitimâ confessiones audiendi potestate gaudent, pro vario delictorum gradu; si vero proximum mortis periculum sit, a quocumque Presbytero, licet casus reservatus fuerit, ac reus cuiusvis generis censuræ, vel anathemati obnoxius (3).

Olim non nisi peractâ legitimâ Pœnitentiâ, solemnibus quibusdam adhibitis, ac publicis Ritibus, certisque anni temporibus, *Absolutio canonica* pro gravioribus delictis tradi consuevit: nunc au-

(2) Vid. Conc. Trid. *Sess. XIV. c. 7.*
(3) Conc. Trid. *d. Cap. 7. et Sess. XXIII. c. 15. de ref.* Van-Espen I. *E. U. Part.* III. *Tit.* 11. *c.* 11. et Fleury *Inst. J. Eccl. Part.* III. *c.* 22.

tem, immutatâ veteri Disciplinâ, quocumque tempore, privatim, atque arbitrariâ iniunctâ pœnitentiâ, plerumque conceditur.

At præter simplicem puramve absolutionem, quæ reos a censuris pœnisque canonicis omnino liberat, alia est etiam eiusdem species ad quosdam tantum effectus limitata, veluti quæ *ad cautelam* dicitur, quam ex. gr. Superior concedere solet excommunicato, qui nullam vel iniustam esse dicit excommunicationis sententiam, ut interim agere possit (4).

Absolutionis quoque species quædam est *Indulgentia*, quæ reis pœnitentibus nonnullas a concedente requisitas conditiones perficientibus in Foro interno tribuitur (5).

---

(4) *Cap.* 2. *De Sent. excom. in* VI. atque Tournet *De absol. ad cautelam* inter Opera Florentis *p.* 153. &c.

(5) Thomassin. *V. et N. E. D. Part.* 1. *Lib.* 2. *c.* 15. Natal. Alexand. *Dissert.* 2. *&c.* 5. *&* 8. *art.* 5. *in Hist. Eccl. Sec.* III. Interpretes ad *Tit. Decretal. Greg. Sexti, Cle-*

Digitized by Google

Plenariam eam vocant, vel *partialem*, prout vel totam peccatorum pœnitentiam remittit, quam iuxta veteres Canones reus perferre deberet, vel eiusdem tantummodo partem. Item alia est *perpetua*, quæ semper, alia *temporaria*, quæ ad certum tempus durat; alia *personalis*, alia *localis &c.*

Præsules, qui sacrâ pollent Jurisdictione, iuxta varios eorumdem potestatis limites, ampliores tenuioresve Indulgentias largiri possunt; quicumque vero spirituali concedentis potestati subest, ratione utens, iustificatus, & opera iniuncta perficiens easdem lucratur. Sed in iis tradendis, acquirendisve questum, superstitiones, & abusus omnino vetuit Tridentina Synodus (6).

Inter Indulgentias autem, quæ a

---

mentinar. et Extravag. commun.„ De pœnit. & remissionibus „ Van-Espen. *I. E. U. Part.* II. *Tit.* 7. & Virg. Valsechi *Delle Indulgenze*.

(6) *Decret. de Indulgentiis Sess. XXV.*

Digitized by Google

Papa conceduntur, amplissima quidem censetur illa, quæ vigesimo quinto quoque anno, qui ad imitationem Judaici (7) *Jubilæus* dicitur, tribui solet (8). Præterea cum Sixtus V. statim ac electus fuit Pontifex, similem Fidelibus Indulgentiam largitus fuerit, eum deinde imitati sunt ceteri Summi Pontifices, atque aliis etiam extraordinariis casibus *plenarias* istiusmodi remissiones concedere solent.

F I N I S.

---

(7) *Levitic. XXV. v.* 8. *&c.*

(8) Vid. *Constitt.* Bonifacii VIII. Clementis VI. & Sixti IV. relat. in *Extrav. Comm.* l. 2. *&* 4. *De pœn. et remiss.* & Zaccaria *Tratt. dell' anno santo Rom.* 1775.

Digitized by Google

INDEX TITULORUM.

Præfatio Sacræ Jurisprud. studioſis . III.
Canonicar. Inſtit. Prolegomena . Pag. 1.
LIB. I. Tit. 1. De variis Perſonarum ſpeciebus quoad Eccleſ. 31.
Tit. 2. De Laicis, & Clericis. 34.
Tit. 3. De iis, qui ad ſtatum Clericalem, vel Beneficia ſunt promovendi . 37.
Tit. 4. De vita, & privil. Cleric. 43.
Tit. 5. De iis, qui ſunt in prima Tonſura, & in minoribus Ordinibus conſtituti . 54.
Tit. 6. De Ordinibus ſacris vel maioribus . 58.
Tit. 7. De Parochis . 62.
Tit. 8. De Canonicorum Capitulis, & Dignitatibus . 64.
Tit. 9. De aliis nonnullis Clericorum Collegiis. 72.
Tit. 10. De ruralibus Eccleſiæ Miniſtris, Abbatibuſque ſecularib. 75.
Tit. 11. De Epiſcopis . 78.
Tit. 12. De Metropolitanis . 82.
Tit. 13. De Primatibus, Exarchis, & Patriarchis. 86.

Digitized by Google

Tit. 14. De Cardinalibus. 93.
Tit. 15. De Summo Pontifice. 96.
Tit. 16. De Legatis, Nuntiisque Apostolicis. 101.
Tit. 17. De Vicariis Episcopor. 105.
Tit. 18. De Coadiutoribus, & Parochorum Vicariis. 109.
Tit. 19. De Regularibus. 113.
Tit. 20. De militarib. Ordinibus. 117.
Tit. 21. De sacris Virginibus. 120.
Tit. 22. De Regular. Superiorib. 125.
Tit. 23. De officiis, & vita Regul. 130.
LIB. II. Tit. 1. De rerum Ecclesiæ divisione. 137.
Tit. 2. De Sacramentis. 140.
Tit. 3. De Baptismo, & Confirm. 143.
Tit. 4. De celebratione Missarum, & Eucharistia. 148.
Tit. 5. De Pœnitentia. 152.
Tit. 6. De Ordine, ac Extr. unct. 155.
Tit. 7. De Sponsalib. & Matrim. 160.
Tit. 8. De Cognat. atque Affinit. 165.
Tit. 9. De Impedimentis Matrim. 170.
Tit. 10. De Divortiis, & secundis Nuptiis. 177.
Tit. 11. De Cultu Divino, diebus Festis &c. 180.
Tit. 12. De Vestibus, Vasibus, Locisque sacris. 184.
Tit. 13. De rerum, ædiumque cultui Divino inservientium con-

Digitized by Google

ſecratione, & benedictione. 189.
Tit. 14. De rerum, ædiumque sacrarum privilegiis. 191.
Tit. 15. De Beneficiis. 195.
Tit. 16. De variis Beneficia conferendi modis. 198.
Tit. 17. De Jure Patronatus. 206.
Tit. 18. De confirmandis, & conſecrandis Epiſcopis &c. 210.
Tit. 19. De unione, ac diviſione Beneficiorum. 213.
Tit. 20. De translat. renunc. &c. 219.
Tit. 21. De tempor. Eccl. Bonis. 229.
Tit. 22. De ſpecialibus quorumdam Clericorum proventibus. 231.
Tit. 23. De peculio, ac ſucceſſione Clericorum. 239.
Tit. 24. De rerum Eccl. temporalium privilegiis. 242.
LIB. III. Tit. 1. De ſpirit. ac temporali Eccleſiæ Juriſdictione. 247.
Tit. 2. De Judiciis. 252.
Tit. 3. De offic. Judic. & Arbitri. 254.
Tit. 4. De Actore, ac Reo. 260.
Tit. 5. De Advoc. & Procurat. 262.
Tit. 6. De Tribun. Eccles. Miniſt. 268.
Tit. 7. De Pactis, & Transact. 271.
Tit. 8. De Foro compet. Oblatione libelli, & Citatione. 273.
Tit. 9 De reſtit. ſpoliat. dilat. &c. 277.
Tit. 10. De litis conteſt. ac pend. 283.

Digitized by Google

Tit. 11. De iuramento calumniæ, ac malitiæ. 288.
Tit. 12. De exception. & replicat. 291.
Tit. 13. De mutuis petitionibus, atque Interventionibus. 293.
Tit. 14. De Probationibus. 295.
Tit. 15. De Confeſs. ac Poſitionib. 299.
Tit. 16. De Teſtibus. 301.
Tit. 17. De Inſtrumentis. 304.
Tit. 18. De Inſpectione oculari. 306.
Tit. 19. De Præsumptionibus. 307.
Tit. 20. De Juram. litis decisorio. 309.
Tit. 21. De conclus. in caussa. 311.
Tit. 22. De Sententia, & Re iudic. 313.
Tit. 23. De Appellationibus. 316.
Tit. 24. De in integrum reſtitutione, Reviſione &c. 320.
LIB. IV. Tit. 1. De criminali Eccleſiæ Juriſdictione. 325.
Tit. 2. De criminibus ad extern. Eccl. Forum pertinentibus. 328.
Tit. 3. De criminib. in Deum, Sanctosve patratis. 330.
Tit. 4. De ſortilegis. 332.
Tit. 5. De apoſtatis, hæreticis, & ſchiſmaticis. 335.
Tit. 6. De crimin. contra pudic. 340.
Tit. 7. De ſimoniac. & fœnerat. 344.
Tit. 8. De aliis contra bonos mores criminibus. 348.
Tit. 9. De ſacrilegis. 351.

Digitized by Google

TIT. 10. De crim. Proces. inchoand. 353.
TIT. 11. De Inquisitionis, vel S. Officii Tribunali. 357.
TIT. 12. De rei citat. & captura. 360.
TIT. 13. De reorum examine, & contumacia. 361.
TIT. 14. De notor. & duplici Purg. 365.
TIT. 15. De pœnis canonicis. 367.
TIT. 16. De tenuioribus Christi fidelium pœnis. 368.
TIT. 17. De Excommunicatione. 370.
TIT. 18. De Interdictis Ecclesiasticis. 373.
TIT. 19. De Irregularitate, ac Suspensione. 375.
TIT. 20. De Clericorum deposit. ac degradatione. 378.
TIT. 21. De legitimis pœnas canon. evitandi modis. 380.
TIT. 22. De Absolutionibus, & Indulgentiis. 382.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

00565042

Digitized by Google

Angelo * Pandimi

Digitized by Google